de annuis reditibus lib.1.quæſt.18. à num.43. ad 50. & Martinus Bonacina *de contract. diſput.3. quæſt.4.*
86 *iuncto vnico,num.35.* Sed etiam abſolutè, cum * & abſque vllo pacto idem omninò pretium in ſpecie,& quantitate à debitore redimente ſoluendum ſit, quod ipſe in cenſus creatione accepit, vt forma creationis in reſolutione ſeruetur, argum.Text. *in l. tria prædia 31.verſ.*Et quemadmodum. *ff.de ſeruitutibus ruſticorum, leg. hæredes palàm 21.§.1.* illic. *Omnia ex integro facienda ſunt,ff.de teſtament.leg.quemadmodùm* 8. *ff.de acquirend. poſſeſſ.leg.inter ſtipulantem* 83.§.*ſacram*, illic. *Quoniam vna & eadem cauſa & obligandi, & liberandi eſſet, ff. de verbor. obligat. leg. prout quidque* 80.*ff.de ſolut.leg. nihil tam naturale* 35. *& l. ferè quibuſcumque* 195.*ff.de regul.iur.leg.*1. *verſ.* Etenim, *Cod.quando liceat ab empt. diſced.leg.ſi ad reſoluendam* 7. *Cod.de prædiis,& aliis reb.minor. Authent. econtra ſi filij, verſ.* Quia ſicuti in contrahendo,*C.de repudiis,c.omnis res,27.q.2.& ext.de reg.iur.*cum vbique notatis, & à gloſſa magna *verſ.* Et quod facit, *in l.de tutela 7.C.de in integr.reſtit.*ac poſt alios Iaſone *in l.quod iuſſit 14.n.12.in princ.verſ.*Nam quæ requiruntur,*ff.de re iudicata,& conſ.141.n.2.lib.4.*Tiraq.*ad leges connubiales gloſſ.5.n.11. 12.& 13.* Vincent. de Franchis *deciſ.48.num.6.& deciſ.136.num. vlt.* Hippol.Rimin.*conſ.430.num.7.& 9.lib.4.* Stephan. Gratian.*diſceptat.forenſ.tom.1. cap.168.à numero 1.ad 7.* Mario Giurba *deciſ.49. num.12.* ex qua ratione licèt non ſic exornata ſic in terminis docuit Ludouicus Auendañ.*de cenſibus,cap.102. num.4.verſ.*Ego verò, *iuncto* verſ. *Addendo huic conſiderationi.* Quicquid aliàs quoad ſolutionem debiti in vna moneta contracti, an in alia fieri poſſit? res ſit non parùm controuerſa,iuxta tradita à Rebuffo *tom.1.ad leges Gallicas, tract.ſeu tit.de litteris obligator. art.5. gloſ.1. num.3.* Ludou.Mexia *ad pragmat. taxæ panis, poſt 7. concluſionem, in eiuſdem pragmat. commento,* verbo *marauedis,* Pinelo *in rubr. C. de reſcindend. vendit.1. part. cap.3.num.16.& 17.*Parladorio *lib.2.rerum quotidia. cap.fin.5.part.§.17.num.17.& 18.* Petr. Aug. Morla *in emporio iur.tit.8.de reb.credit. quæſt.13.per totam.* Nam aliud eſt debiti ſolutio, aliud reſolutio contractus, quæ (vt diximus) eandem per omnia requirit ſolemnitatem, quæ in illius formatione interuenit.
87 Pacto verò accedente, * minùs dubium eſt, quin & ſolutio debiti, multóque magis contractus reſolutio, adeóque cenſus redemptio, in eadem pecunia aurea vel argentea, quæ initio interceſſit, fieri debeat, iuxta regul. *leg.2. §.1. de reb.cred. ſequent. diſſertation.* à me aptiùs exornandam, ex qua id ita cum Bart. & aliis communiter, admittunt Rebuff.*d.gloſſ.1.num.5.* D. Præſes Couarruu. quanquam non ſatis firmiter *de veterum numiſmatum collat. cap.7. §. vni. num.1.* Mexia *d.verbo* marauedis, *circa med.*verſ. *Niſi in contractu.* Ioan.Gutierr.*pract.quæſt.lib.2.quæſt.179.n.2. ſub* verſ.*Secùs verò erit,* tametſi aliud apud Luſitanos ſtatutum ſit,vt referunt Pinel.*d.cap.3.num.17.* verſ. *Et apud Luſitanos,* & Morla *d.quæſt.13.num.3.*verſ. *Æquiùs ſanè*, cuius contrarium iuxta communem ſententiam nuper relatam apertè apud nos definitum extat in relata pragmatica anni 1625. tam in relatis verbis: *Lo que no vuieren recibido en las dichas monedas,o en paſta*, quàm in verſ. *Que no ſe puedan hazer,* illic: *Obligaciones algunas de qualquier calidad que ſean,a pagar en oro, o en plata, ſino fuere lo que ſe ouiere recibido en ella,*nempè per argumentum à contrario ſenſu, quod & fortiſſimum, & apertiſſimum dicitur *in l.1.§.huius rei; ff.de officio eius, & in leg.ſi quis locuples* 57. illic. *Vt apertiſſimè curare videatur, ff.de manumiſſis teſtam.* eoque velut tali ipſi iuris authores paſſim vtuntur, *leg. ex eo* 18. (vbi gloſſ. verbo *colligitur*, id argumentum bonum vocat) *ff. de teſtibus, leg. qui teſtamento 20. §. mulier* (vbi gloſ. verbo *argumento eſt lex*, verſ. *Et nota*, id pro lege accipi obſeruat) *ff.de teſtam.* cum aliis adductis à Card. Franc. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.3. tit.16.num.1.2.3.*qui *num. ſeqq.* latè explicat, quod & præſtitit poſt innumeros penè alios D. Ioan. del Caſtillo *quotidian.controuerſ.tom.5.cap.88 per totum,*
maximè à num.5. Nec * quoad hoc pragmatica illa 88
ſublata vel ſuſpenſa eſt per aliam anni 1628. de reductione æreæ monetæ ad antiquum valorem, ſed tantum quoad præmium in prima taxatum reductionis æreæ monetæ, ad auream vel argenteam, quod putarunt legislatores minimè iam neceſſarium futurum fuiſſe; hac etenim ratione vtuntur,quòd ceſſante iam extrinſeco monetæ æreæ valore, qui & pretiorum augmento, & maiori aureæ, atque argenteæ monetæ æſtimationi, eiusque pro ærea permutationis exceſſui cauſam præbuit, conſequenter talia augmenta, & exceſſus ceſſabunt, & omnia ad æquilibrium reducentur, vt ex poſterioris illius pragmaticæ verbis videre licet,quæ ſic ſe habent: *Y porque hecha la reduccion deſta moneda a ſu valor antiguo, el precio de las coſas ſe irà igualando con el, y ceſſaran los exceſſos que ha auido en ello, y en los trueques, y por auermelo ſuplicado el Reyno, y Prouincias, y otras Ciudades, es nueſtra voluntad por aora ſuſpender, como por la preſente mandamos queden ſuſpendidas la prematica de las taſſas de las coſas, y las de los trueques de moneda de vellon a plata*, &c. & nihilominùs cum hæc Regia ſanctio ſub illo ſuppoſito diſpoſuerit, & id verificatum minimè fuerit, imò adhùc permutationis exceſſus in dies valdè creuerit, itaut ei per varias alias pragmaticas, longè maiorem taxam eiuſmodi permutationi præfinientes, occurri non potuerit, prioris pragmaticæ taxa quoad annuos reditus, qui ex partium conuentione in moneta argentea debentur, ob ſortem principalem in eadem moneta acceptam, vt in ærea ſolui poſſint,ad decimæ rationem tantùm in ſingula centum, ſemper in viridi obſeruantia manſit, & adhuc manet.

Dissertatio XXIX.

De eadem materia cenſus conſignatiui, ſuper ſimili alio impoſiti, & an & quando annui reditus inter bona immobilia computentur, qualitérque differant à ſimplicibus iuribus, & actionibus?

SVMMARIA.

1 *Cenſus redimibilis, an ſuper alio redimibili conſtitui poſſit? ſatis expeditum non eſt, & negatiua ſententia ex aliquibus perſuadetur*, cum num.ſeqq.

¶ *Cenſus conſtitui debet ſuper re immobili, aut pro tali habita,* ibidem.

2 *Cenſus redimibilis, res ſtabilis non eſt, ſed mutationi, & extinctioni obnoxia, atque adeò magis inter res mobiles, quam inter immobiles videtur computandus.*

3 *Cenſum ſubiugatum, ſiue ſuper quo conſignatiuus cenſus imponitur, perpetuum, & irredimibilem eſſe oportere qui docuerint?*

4 *Pactio ſeu conditio, vt redempto cenſu ſubiugato, teneatur venditor nouum ſuper illo impoſitum redimere minimè videtur abhorrere ab æquitate, & iuſtitia cenſualis contractus, imò ei maximè conformis.*

5 Pretium

5 *Pretium à lege cenſui redimibili aſſignatum,nempè ad rationem viceſſimæ pro milliario,vt eius valori æquiualeat, & iuſtum ſit, planè exigit; rem cenſui ſuppoſitam ſecuram eſſe*, & numero 57.

6 *Cenſus ſuper alio impoſiti debitor ſi illo redempto dicat ſe forè paratum, rem aliam ſecuram ſuo cenſui ſupponere, non videtur creditor compellendus ad hanc oblationem admittendam, cùm de ea ab initio non conuenerit, & alternatiuam ſaltem de ea re conuentionem præcedere oportere plurimi affirmarunt,* & numero 58.59. & 60.

7 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt.*

8 *Cenſus creditor, qui vno dumtaxat modo ſibi proſpexit in caſu redemptionis antiqui cenſus ſubiugati, nempe vt cenſus ſibi debitus tunc redimeretur, alium ſecuritatis modum per nouæ hyppothecæ ſuppoſitionem fruſtrà deſideraret, debitore renitente, & quare?* ac num.61.

9 *Emere vel vendere inuitus nemo compellitur.*

10 *Cenſus redimibilis ſuper ſimili alio cenſu conſtitui poteſt, ex veriore ſententia, contra plures contrarium tenentes.*

11 *Cenſus,ſeu reditus annui, iure aliquo perpetuo,vel quaſi, debiti, inter bona immobilia eius,cui debentur, computantur.*

12 *Cenſus reſeruatiui qui ſint, & in quo differant à conſignatiuis, ſeu redimibilibus?*

13 *Redemptio cenſus conſignatiui redimibilis, pendet ex ſola voluntate debitoris, quæ omnino incerta eſt, atque adeò in conſideratione non habetur, nec impedit quominus ille inter immobilia computetur, & quaſi perpetuus cenſeatur.*

14 *D.Ludouicus Molina,& alij contrarium docentes, taxantur.*

15 *Sine iure non poſſumus diſtinguere, nec abſque rubore loqui.*

16 *Cenſus ſeu reditus annuos,ſiue iura ad illos exigendos ex fundo,vel re alia immobili competentia, qui neque inter mobilia, neque inter immobilia bona quoad iuris effectus ſaltem in exorbitantibus à iure communi connumerari volunt,ſed tertiam ſpeciem conſtituere,refelluntur,*&à n.19.

17 *Mobilia, & immobilia bona longè inter ſe differunt, propriamque, ac diſtinctam ſignificationem habent.*

18 *Iura, & actiones in iure tertiam conſtituunt ſpeciem, ſub appellatione bonorum mobilium,& immobilium minimè comprehenſam.*

19 *Cenſus, ſeu reditus annui, ſiue illos exigendi iura, longè plus habent quàm ſimplicia iura & actiones, ſeu debitorum nomina, & quare? ac* n. 22. & 35.

20 *Iura annuorum redituum, principaliter rei immobili cohærent, ſuper qua tantùm conſtitui poſſunt,eaque certa,ac frugifera in ea ſaltem quantitate, quæ valori debitæ penſionis,ſumptibus deductis, æquiualeat.*

¶ *Cenſus perſonales ſiue ſuper ſola vendentis perſona, cum perſonali etiam bonorum obligatione impoſiti, illiciti ſunt, remiſſiuè,* ibid.

21 *Cenſus conſignatiuus, ſiue ius annui reditus redimibilis,cùm rei immobili, ſuper qua imponitur, cohæreat, ratione huius cohærentiæ dicitur conſiſtere in eodem loco, in quo res, quibus cohæret, ſitæ ſunt.*

22 *Iura ſimplicia nominum, vel actionum tam ex natura eorum ſtricta, quàm ex cenſura iuris tertiam conſtituunt ſpeciem inter bona mobilia, & immobilia.*

¶ *Cenſuum, ſiue annuorum redituum iura ſtrictè tantùm tertiam conſtituunt ſpeciem, non etiam ex iuris cenſura, propter æquiparationem ab eo factam horum iurium bonis immobilibus*, ibidem & numero quadrageſimo ſecundo.

23 *Diſpoſitio omnis, ſiue legis, ſiue hominis, de bonis immobilibus loquens in annuis reditibus verificatur.*

¶ *Æquiparatorum per viam regulæ generalis, idem per omnia iudicium eſt*, ibid.

24 *Lex noua in vno caſu loquens, procedit etiam in alio, qui ei per legem antiquam æquiparatus eſt, in quacumque verſemur materia, etiam correctoria, & pœnali.*

25 *Lex de bonis immobilibus generaliter diſponens, puta vt poſſidens immobilia ab onere ſatiſdandi releuetur, vt immobilia bonorum bona abſque decreto non alienentur, & ſimiles, in annuis reditibus verificantur.*

26 *Lex vel ſtatutum, retractum rei immobilis venditæ proximiori conſanguineo intrà certum terminum concedens, non ſolùm procedit in re verè immobili vendita,ſed etiam in iure annui reditus, ei æquiparato.*

¶ *Lex* 3. titulo decimo, libro tertio, fori, lex 70. cum 5. ſeqq. Tauri, & lex ſeptima, cum octo ſeqq. titulo vndecimo, libro quinto, compilat. *de retractu rei immobili patrimonialis loquentes, contra plures Regnicolas explicantur, vt procedant etiam in iure annuorum redituum,* ibidem.

27 *Michaël Ziphontanus defenditur, malè perceptus à cæteris Regnicolis.*

28 *Leges municipales, ſeu conſuetudines quorundam locorum Hiſpaniæ diſponentes, vt bona immobilia redeant ad ſtipitem, vnde prouenerunt, procedunt etiam in annuis reditibus.*

¶ *Lex* 6. Tauri, in final. & lex prima, *indeſumpta*, titulo 8. libro quinto, compilat. *quæ leges illas ſeu foros municipales probarunt, eodem modo intelliguntur, contra Regnicolas communiter*, ibidem.

29 *Diſpoſitio hominis, ſimpliciter de bonis immobilibus facta,annuos reditus complectitur.*

¶ *Homo in dubio iuris diſpoſitioni ſe conformare videtur,* ibidem.

30 *Aliud eſt, ſi ex verbis diſponentis contraria coniectura ſumi poſſit.*

31 *Expreſſum illud etiam cenſetur, quod ex diſponentis mente, & coniecturis colligitur.*

32 *Deciſio incidens Granatenſis prætorij refertur.*

33 *Cenſus debitor eum redimens, poteſt vice pretij, ſeu ſortis principalis, dare alium fundum, in eadem quantitate æſtimatum.*

34 *Maioratu, ſeu vinculo de bonis immobilibus ſimpliciter fundato, annuorum etiam redituum iura, ſub huiuſmodi inſtitutione comprehenduntur.*

35 *Nomina debitorum, ſiue ſimplicia iura, & actiones, neque ex iuris interpretatione, neque ex communi vſu loquendi,comprehenſa videri poſſunt in vinculo de bonis immobilibus facto.*

36 *Exempla licet regulam non reſtringant, tamen declarant eam, vt non procedat, niſi in caſibus, omnimodam, ac propriam ſimilitudinem cum expreſſis habentibus.*

37 *Specierum quarundam enumeratio poſt generalem diſpoſitionem facta, regulariter illam non reſtringit, quia ex abundanti adiecta cenſetur gratia demonſtrationis, aut tollendæ dubitationis*, cum n. ſeq.

38 Quæ

38 *Quæ regula procedit cùm diſpoſitionis verba ſui natura generalia ſunt, ſiue ex vi propria nedum ſpecies enumeratas, ſed & alias omnes comprehendunt, & dubium eſt an enumeratio facta ſit ad reſtrictionem, nec ne, cùm alioqui de diſponentis voluntate non appareat.*

¶ *Generis proprium eſt omnes ſuas ſpecies includere, & comprehendere,* ibid.

39 *Demonſtratio falſa diſpoſitioni non officit, multóque minus vera, ſed ſuperflua, & inepta.*

40 *Dubitationis tollendæ gratia quod diſpoſitioni adiicitur, illi non officit, nec rei ſubſtantiam mutat.*

41 *Lex* quæſitum 12. §. ſi quis fundum, ff. de fundo inſtructo, *optimè intelligitur*, & numero 43.

42 *Bonorum immobilium vocabulum, ſui natura generale non eſt ad annuos reditus, ſiue eos non comprehendit ſed ad eos tantùm extenditur ex iuris cenſura, ob æquiparationem ab eo factam.*

43 *Specierum quarundam enumeratio poſt diſpoſitionem generalem ſubſecuta, ita demùm cauſa tantùm demonſtrationis, & tollendæ dubitationis facta intelligitur, ſi actum ipſum diſponendi reſpiciat.*

44 *Secùs ſi reſpiciat genus, aut verbum ſignificatiuum generis, quia tunc reſtringit.*

45 *Lex* cùm de lanionis 18. §. quidam fundum, ff. de fundo inſtructo, *intelligitur*, & n. ſeq.

46 *Lex* Seiæ 20. in princ. ff. eod. tit. *ſimiliter intelligitur.*

47 *Leg. eiuſdem vulgata lectio, quæ habet, inſuper fundum legatum, defenditur, & explicatur, aduersùs Cuiac. & Anton. Fabr. qui pro inſuper, legunt inſtructum.*

48 *Bonorum propriè immobilium, ſiue ſoli enumeratio facta ab eo, qui vinculum iam ſimpliciter inſtituerat de bonis immobilibus, non reſpicit actum ipſum diſponendi, ſed genus bonorum, de quo diſpoſitum eſt, quod modificat, ſeu reſtringit ad bona verè, ac propriè immobilia, ſeu ſoli, & excludit annuos reditus.*

49 *Dictio* veluti, *Hiſpanè,* aſſi como, *ſui natura exemplificatiua eſt.*

50 *Dictiones* ideſt, ſcilicet, & videlicet *reſpondere etiam videntur hiſpano verbo* aſſi como, *& ſui natura expoſitiuæ ſunt, ac reſtrictiuæ regulæ, ſeu diſpoſitionis præcedentis ad res poſtea enumeratas, vel modum præſcriptum.*

51 *Verba,* y otros bienes rayzes, *poſt enumerata bona verè immobilia, ſeu ſoli, non admittunt ampliationem ad bona diuerſi generis, puta annuos reditus.*

52 Alius, alia, aliud, *pronomen eſt repetitiuum ſimilium omnimoda ſimilitudine, nec comprehendit maiora, vel minora expreſſis, ſed quæ eiuſdem penitus qualitatis ſint.*

53 *Redemptionis futurus caſus non obſtat, quominus cenſus redimibilis, poſſit imponi ſuper alio redimibili, & quare?*

54 *Periculum cui ſubiacent fundi, ſiue immediatè cenſui hypothecati, ſiue etiam mediatè, quia ſuppoſiti ſint alij cenſui, ſuper quo nouus impoſitus eſt, in conſideratione non habetur, vt eius conſtitutio valere deſinat, imò regulariter eò iuſtior eſt, quo maiori periculo, & lucri incertitudini exponitur.*

¶ *Futurus incertus caſus nullo humano conſilio regi, aut gubernari poteſt,* ibidem.

¶ *Cenſus fortunæ non ſubiacentes, vſuræ labem præſeferunt,* ibidem.

55 *Sententia illorum admiſſa, qui cenſum redimibilem ſuper ſimili alio imponi poſſe negarunt, impertinens eſt, ac nullius momenti pactum illud, in noui cenſus conſtitutione adiectum, vt cum venditor ſeu debitor redimere teneatur, antiquo redempto, & quare?*

¶ *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt,* ibidem.

56 *Pacto de redimendo cenſum in caſu redemptionis alterius cenſus illi ſubiugati, præcisè, & ad litteram (vt aiunt) accepto, tantò minus debitor ad redemptionem cogi valet, quantò iniuſtius eſt id pactum ex nonnullorum ſententia, qui id vſurarium putant, ita vt eo ſtante debitor repetere poſſit reditus ex huiuſmodi cenſu ab initio perceptos.*

57 *Cenſus redimibilis ſuper ſimili alio non minoris quantitatis impoſitus, vt iuſto pretio æquiualeat, non eget illa pactione, ad creditoris ſecuritatem tendente, in caſu redemptionis prioris cenſus, & quare?*

58 *Conuentio tempore contractus inita, ad ipſius contractus, & mentis contrahentium interpretationem, inſpici debet.*

59 *Cautione, vel obligatione ſuperflua, neque iure petita, nemo onerari debet.*

60 *Pactum* de redimendo cenſum, redempto altero eidem ſuppoſito, *ſi præcisè ſumatur multùm diſtat à pacto alternatiuo de redimendo, vel rem aliam æquè idoneam ſupponendo.*

61 *Creditor, qui initio conſtitutionis cenſus, ſuper alio impoſiti, cum debitore pactus eſt, vt illo ſibi redempto, hunc redimeret, & ſi non poſſit in caſu redemptionis antiqui cenſus, debitorem cogere ad nouæ hypothecæ ſuppoſitionem, at poteſt vice verſa à debitore cogi, vt nouam hypothecam recipiat.*

62 *Quæ ſit inter vnum, & alterum caſum differentiæ ratio?*

63 *Facere quis tenetur, quod ſibi non nocet, & alteri prodeſt, quæ regula remiſſiuè explicatur & propoſito caſui adaptatur.*

64 *Pactum, vel contractus plerumque, iuſta ſuadente cauſa, ex vno tantùm latere conſtat, præciséque obſeruari debet, non etiam ex alio, ſed eatenus tantùm quatenus is voluerit, cui lex proſpectum voluit.*

APPENDIX PRÆCEDENTIS.

PRo actoris parte in ſpecie præcedentis 1
diſſertationis ſequentia quoque expendebantur, breuitatis ergo in hunc locum reiecta. In primis quod non ſatis expeditum eſt, vtrum cenſus conſtitui poſſit ſuper alio cenſu redimibili? & non poſſe videtur probabilius, quia cùm conſtitui debeat ſuper re immobili, aut pro tali habita, vt ex *extrauaganti 1. & 2. de empt. & vendit.* aliiſque iuribus, & apertiùs ex motu proprio Pij V. notarunt Nauarrus *in commentario de vſuris, n. 79.* Aluarus Valaſc. *de iure emphyt. q. 32. n. 10.* & alij, quos referunt, & ſequuntur contra nonnullos alios Frater Emanuel Rodriguez, & Antonius Gomez *in explicatione motus proprij de cenſibus, poſt explicationem Bullæ Cruc. vterque condit. 1. in principio,* Ludouicus Auendañus *de cenſibus, capite 50. à numero 6. & capite 56. per totum,* Ludouicus Cencius *eodem tractatu, parte prima, capite 3. quæſtione prima, articulo primo, & 4.* cenſus autem re-
dimibilis * res ſtabilis non ſit, ſed mutationi, & 2
extinctioni obnoxia, vel propter extinctionem hypothecarum ei ſuppoſitarum, vel propter eiuſdem cenſus redemptionem, magis vtique inter res mobiles, quàm inter immobiles computandus videtur, at-
que adeò inutilis, vt ſuper illo alter cenſus conſtitui 3
poſſit, ſed neceſſe eſt, vt * perpetuus ſit, & irredimibilis cenſus ſubiugatus, vt ex hac ipſa ratione docuere

Frater

Frater Emanuel Rodrig. *d. condit. 1. dub. 2. concluſ. 2.* Pater Ludou. Molina *tom. 2. de iuſt. & iure, tract. 2. de contract. diſput. 389. num. 9.* verſ. *Admonuerim,* Pater Ioan. Azorius *3. part. inſtitutionum moralium lib. 10. ſub tit. de cenſibus, cap. 7. quæſt. 1.* Pater Henricus à Villalobos, qui id ſaltem verius credit, ſtante motu proprio Pij V. *in ſumma 2. part. tract. 4. difficult. 9. n. 4.* Leonar. Læſſius *de iuſt. & iure lib. 2. cap. 22. numer. 77. §. vbi notandum,* verſ. *Debet autem,* & poſt alios nouiſſimè Pater Ioannes Bapt. Scortia *in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones, epitome 104. & 105. theoremate 258. poſt princ.* ac pro certo videntur ſupponere Petrus Auendañ. *reſpon. 24. num. 3.* & poſt alios Melchior Pelaez à Mieres *de maioratib. 1. p. q. 40. n. 14. & 15.* iuxta priorem editionem, aliàs *à n. 71.* Ludou. Velazquez de Auendañ. *ad l. 6. Tauri gloſſ. 11. n. vlt.* idem Auendañ. *de cenſib. d. cap. 56. ex num. 15.* dum reditus redimibiles, nec inter mobilia, nec inter immobilia bona propriè computari aiunt, ſed tertiam quandam ſpeciem conſtituere. Vnde cum probabilis valde ſit cenſus eo modo conſtituti iniuſtitia, multò iuſtior cenſeri debet eius reſolutio, ſiue pactio in eam rem tendens.

4 Deinde facit, quòd pactio, ſeu conditio illa, vt redempto cenſu ſubiugato, teneatur venditor nouum ſuper illo impoſitum redimere, minimè à iuſtitia, & æquitate contractus cenſualis abhorrere, imò ei maxime conformis videtur, ergo ad vnguem ſeruanda
5 eſt. Antecedens probatur, nam pretium * à lege cenſui redimibili aſſignatum, nempe viginti pro quolibet milliario, vt duabus præcedent. diſſertationibus diximus, cùm iuſtum ſit, planè exigit, ac ſupponit, cenſum ipſum venditum id valere, non autem valiturus eſt in propoſito, niſi ſub relata pactione; quòd patet, quia pretium illud, ita demùm iuſtum eſt, ſi res cenſui ſuppoſita ſit ſecura, qualis eſſe deſinit per redemptionem cenſus ſubiugati, ergo vt cenſui vendito pretium à lege taxatum æquiualeat, æquiſſimum, imò & neceſſarium videtur relatum pactum. Quòd
6 ſi * denuò cenſus debitor dicat, paratum ſe eſſe rem aliam ſecuram eidem cenſui ſupponere, illud ei obſtat, quòd emptor, ſeu creditor ad hanc oblationem admittendam compellendus non ſit, cùm de illa ab initio nihil actum fuerit, quod in contractibus præſertim inſpicimus, *l. ſemper in ſtipulationibus 34. ff. de reg. iur.* & ſpecialiter in hoc cenſuali contractu, reditus conſignationem habente ſuper alio reditu, ſeu cenſu æque redimibili, id ab initio nominatim agi neceſſum eſſe, vt nolente debitore nouum redimere poſtquam ſuus ei redemptus eſt, ſaltem ei rem aliam ſecuram ſupponat, alioqui cenſum perire docuerunt Frater Emanuel Rodriguez, & Anton. Gomez *in motu proprio de cenſib.* ille *concluſ. 1. dub. 2. concluſ. 3.* hic verò *cap. 3. n. 4. in fine princip.,* Leonard. Leſſius *d. n. 77. §. vbi notandum, in fin.* Frater Alphonſus à Vega *in ſumma, 1. part. cap. 52.* de los cenſos, *caſu 16. verſ. vlt.* Pater Ioannes à Salas *de contract. ſub tract. de cenſibus dub. 7. num. 2. ad med.* verſ. *Modò dominus,* nouiſſimè Pater Vincentius Filiucius, & Pater Henricus à Villalobos, ille *tom. 2. quæſt. moralium tract. 35. de cenſibus capite 2. numero 287.* hic verò *d. 2. part. ſummæ,* quam Hiſpano ſermone compoſuit, *tract. 23. de cenſibus, difficultate 9. num. 4. in fine,* illic. *Conque ſe obligue el que paga el cenſo, de que ſi le redimieren, redimirà el tambien, o echarà luego el dinero a cenſo, que de otra manera ſeria notable la iniuſticia.* Quemadmodum igitur ex horum patrum ſententia cenſus, ſuper alio redimibili impoſitus, ita valet, ſi alternatiua pactione ab initio intercedente, creditoris indemnitati proſpectum ſit in caſu redemptionis antiqui cenſus, ſic ſi vno dumtaxat modo ei ſit conſultum ab initio, non debet ex poſt facto, creditore
inuito, alter modus admitti, argumento *d. l. ſemper,* iun-
cta alia regula quæ docet, * aliud pro alio inuito credi- 7
tore ſolui non poſſe, *l. 2. §. mutui datio, ff. de reb. cred. l. eum, à quo 16. C. de ſolutio, l. 3. tit. 14. partita 5.* quam regulam vltra Gloſſ. & DD. *vbique,* rectè exornant, & explicant Petr. Dueñas *reg. 159.* Ioan. Gratianus *reg. 279. n. 3.* Minſing. *ſingul. obſeruat. centur. 5. obſeruat. 27.* Ioan. Gutier. *de iuram. confirm. 1. part. cap. 29. ex num. 1.* Ioan. Baptiſt Aſinius *de execut. §. 7. cap. 128.* Ioannes Petrus Surdus *deciſ. 30. num. 9.* Donel. *lib. 16. commentarior. cap. 9. verſ.* Non quæuis *ad fin. cum ſequentibus,* & ad eum Oſuald. Hillig. *littera K,* Ioan. Zanger. *de except. part. 3. cap. 1. numero 139. & 140.* Euerardus Bronchorſt. *enantiophanon, ſiue quæſt. controuerſarum centur. 4. quæſt. 65.* Petr. Auguſtinus Morla *in emporio iur. tit. 8. de rebus creditis, quæſt. 16. per totam,* maximè *num. 1. & à n. 5.* D. Ioannes del Caſtillo *quotidianar. controuerſ. lib. 4. cap. 10. ex num. 47.* Alphonſus Guzman *de euictionibus, quæſt. 22. num. 1. & 2. cum ſequentibus,* Ioannes Caruallus *ad cap. Raynaldus de teſtam. part. 3. n. 141. ad finem,* Floridus Mauſonius *de cauſis executiuis libro 1. limitat. 3. num. 2.* Auguſt. Barboſa *axiomat. 210. n. 8.* Gabriel Aluarez de Velaſco *de priuilegiis pauperum, quæſt. 49. num. 1. cum 5. ſequentibus, & ad axiomata iur. litt. A, num. 227.* Scipio Rouitus *conſ. 78. per totum,* maxime *ex num. 16. ad 25.* D. Ioan. Baptiſta Valençuela *conſ. 86. n. 23.* & in vtili, & eleganti ſpecie expendit Parlad. *in ſeſquicent. differ. 73. §. 2. n. 6. in fin.*

His accedit, quòd ſi vice verſa creditor, qui vno 8
duntaxat modò ſibi in relato caſu redemptionis antiqui cenſus proſpexit, vt nouus ſcilicet cenſus ſibi redimeretur, alium poſteà deſideraret ſecuritatis modum per nouæ hypothecæ ſuppoſitionem, debitore tamen renitente, minimè audiendus eſſet, tum ex regula *quod ſemel placuit, lib. 6.* tum etiam, quia ſi citra pactionem debitor, cogeretur nouam hypothecam cenſui ſupponere, compelleretur vtique inuitus nouum contractum emptionis, ac venditionis cenſus celebrare, * quod alia iuris regula vetat, *l. non enim 9.*
ff. rerum amot. l. inuitum 11. l. dudum 14. Codice 9
de contrahen. empt. lege nec emere 16. Codice de iure deliberan. cum relatis ab Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 2. numero vlt.* qui latè limitat, ac declarat, vt & fecere plures alij congeſti à Gabriele Aluarez *ad principia, & axiomata iuris littera V, ſub num. 10.* & à nobis ſuprà *diſſertat. 17. num. 33.* quibus nunc addo Euerardum Bronchorſt *enantiophanon, ſiue controuerſar. quæſt. centur. 1. aſſert. 63.* vbi contraria diluit. Quod igitur in creditore iuris eſſet, cur non & in debitore admittatur? iuxta regulam correlatiuorum, de qua *in lege fin. ff. de acceptilationibus,* cum ſimilibus, ſequenti diſſertatione referendis.

Verùm nihilo magis hæc argumenta Senatum mo- 10
uerunt. Non primum, cui in primis reſpondemus, quòd quicquid dixerint Fr. Emanuel Rodrig. ac cæteri in calce argumenti relati, longè verius, ac certius eſt poſſe cenſum redimibilem ſuper ſimili alio cenſu conſtitui, vt reſoluunt Petrus Phollerius *in praxi cenſuali, verbo huiuſmodi cenſualia ſuper rebus, numero 49.* verſ. *Sed Ioannes Faber,* Gulielmus Redoanus *de rebus Eccleſiæ, quæſt. 17. numer. 55.* Nauarrus *in comment. de vſuris ad cap. ſi fœneraueris, 14. quæſt. 3. ſub n. 87. & 112. in fine, ſiue quæſt. 12.* Felicianus *de cenſibus tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 52.* verſ. *Nonò videndum,* Ludouic. Auendañ. *eod. tract. cap. 54. à n. 7.* Maſtrill. *deciſ. Siciliæ 215. num. 1. p. 3.* Rebell. *de obligat. iuſt. 2. part. lib. 10. quæſt. 6. num. 4.* Emanuel Saa *in ſumma, verbo cenſus, num. 11.* Gregorius de Valencia *commentar. Theologicorum tomo 3. diſputation. 5. quæſt. 22. puncto 2.* Martinus Bonacina

de contractibus,& reſtitut.diſputat.3.quæſt.4.de cenſi-
bus,puncto vnico,num.16. Marius Muta deciſ.47.n.1.
nouiſſimè D.Franciſcus Hieronym. Leo deciſ Valen-
tin.26.n.1.lib.1. & Ludouicus Cencius de cenſibus
part.1.cap.3.quæſt.1. art.2. in fin. & art.3. num.1.
11 & 5. ducti * argumento Textus in Authent. de non
alienand. aut permutan. rebus Eccleſiæ,in princip.ver-
ſiculo. Hæc ergo nos, iuncta Gloſſa verbo ciuiles an-
nonas, collat. 2. & in Clementina 1. §. cùmque annui
redditus, de verborum ſignificatione, quibus generali-
ter traditum eſt, annuos reditus, iure aliquo perpe-
tuo, vel quaſi debitos, inter bona immobilia eius,
cui debentur,computari, atque ita ex illis, & ſimili-
bus iuris locis communiter ferè omnes notarunt, vt
pluribus relatis teſtantur,& vti veriſſimum reſoluunt
Bartholom. Caſſaneus ad conſuetudines Burgund. ru-
bric.5.des rentes,§.1.ex num.4.Andr.Tiraquel.de re-
tract. conſanguinit. §.1.gloſſ.6.num.4. & ſequentibus,
Petr. Rebuf. in l. mouentium 93. verſ. Reditus au-
tem, ff. de verb. ſignificat. Nicolaus Boerius conſ.3.
num. 9. Petrus Pholler. d. verb. huiuſmodi cenſualia,
n.25.cum ſeqq. Montaluus in l.1.gloſſ.2. poſt me-
dium, verſ. Item nota, quòd omnis res, tit.20.lib.3.
fori, Gregor. Lopez in l.1.gloſſ.2. tit.17. part.2. D.
Præſes Couarr. variar.reſolut. lib.3.cap 7. num.2. in
princip. Anton. Gabr. commun.concluſ.lib.6. tit 2.de
verb.ſignificat.concl.8. Ioan.Fichardus, & Franciſcus
Viuius inter communes opiniones tom. mihi 2. lib.7.
tit.1.de acquir.poſſeſſ. n.277.& 278.Carolus Ruinus
conſ.82.n.5.lib.2.conſ.85.num.10.& 11.& conſ.86.
num.6.lib.3.Hieron.Gabr.conſ.141.à num.14. lib.2.
Nicol.Bellonus conſ.123.num.9.Roland.à Valle conſ.
54.n.6. cum 5.ſequentibus,& n.28.lib.2. Tiber. De-
cian. lib.1. conſ.2. n.96. Vincent. Honded. conſ.61.
n.35.lib.1. Gaſpar Baeça de non melioran. ratione do-
tis filiabus,cap.4. n.vlt. ad medium, optimè Ioannes
Parlador. lib.1.rerum quotid. cap.3.§.8. num.12. cum
ſequentibus,Eman.Mendez de Caſtro ad rubr. Cod.de
annon. ciuilibus, à num.34. verſ. Quod amplia, Ma-
tiençus in l.2. tit.9. gloſſ.1.num.82.& 83. & in l.7.
tit.11.gloſſ.1. num.18. lib.5. nouæ compilat. Miſing.
ſingul.obſeruat.cent.1.obſeruat.69.ex n.1.Andr. Gail-
lius pract.obſeruat.lib.2. to.a obſeruat.10. Bernardus
Græueus pract.concl.ad eaſdem Gailly obſeruat. lib.2.
concluſ.10. à num.1. vbi latè declarat, & poſt plures
alios Felicianus de cenſibus lib.1. cap.7. num.2. verſ.
Quæ eo potiſſimùm,& tom.2.lib.1. cap.1. num.3. ad
finem, Gaſpar Rodericius de annuis reditibus lib.1.
quæſt.3. & 14. vbique n. 8. Ioſephus de Seſſe deciſ.
122.Regni Aragoniæ,n.13.poſt princip. verſ. Tamen
veritas eſt, lib.2. Pater Suarez de defenſione fidei ad-
uerſus Regem Angliæ,lib.4. de immunit.Eccleſiaſt.cap.
18.num.1. Pater Salas,licèt non ſatis firmiter,d.tract.
de cenſib.dub.7.& 44. Flores Diaz de Mena in addi-
tionibus ad Anton. Gammam deciſ. Luſitana 123. in
fine additionis; latiſſimè Cardin. Dominic. Tuſch.
pract.concluſ.tom.1.litt.A,concluſ.342.& litt.C,con-
cluſ.194. Ioann. Petr. Surdus deciſ.204. ex num.1.
Cæſar Barcius deciſ.Bononien.109.per totam,Hieron.
Magonius deciſ.Florent.107.n.8.verſ. Et maximè, &
n.9.Alex.Ambroſ.deciſ.Peruſina 11.n.12.lib.2. Ste-
phanus Gratianus dec.13.Rotæ Marchiæ,n.8.& 9. &
deciſ.54.n.27.& 28. D.Ioan.del Caſtillo quotid. con-
trou.lib.1. ſiue de vſufr.cap.41. ex n.5.& tom.4. cap.
61.n.39.verſ. Tertium etiam non reſiſtit, & tom.7.
cap.40.num.2.& 3. Marius Giurba, qui & alios non
paucos congerit, deciſ. Siciliæ 87. nu. 9. & ad con-
ſuetudines Meſſanenſes cap. 12. gloſſ. 5. num. 9. Al-
phonſus Guzman de euictionibus quæſt.30. num. 36.
(vbi & nonnullos alios cumulat) Henricus Bogue-
tus ad conſuetudines Burgundiæ, tit.2. des gens ma-
riez, §.14. in principio, num.1. & 2. Ioannes Vva-
meſius conſil.99.n.1.& 2. centur.3. Ludouicus Cen-
cius de cenſibus,d.quæſt.art.2.num.6. qui quidem om-
nes nedùm reditus reſeruatiuos, verè ac propriè per-
petuos,nempe * debitos ex re, quæ priùs fuit credi- 12
toris propria, eiuſque eſſe omninò deſiit per traditio-
nem debitori factam ſub reſeruatione annuæ penſio-
nis ſuper eadem re, in memoriam priſtini dominij,
argumento Textus in cap. conſtitutus 6. poſt princip.
verſic. Et quidquid iuris, de religioſis domibus, iuncta
gloſſ. verbo iuxta ratam, verſ.c. Sed re vera, & com-
muni, quam reſoluunt plures, nouiſsimè congeſti ab
Auguſtino Barboſa ibi, num. 10. & à me infra diſſer-
tat. 31. num. 22. ſed etiam quoſcumque alios, ex
re immobili ad longum, vel longiſſimum tempus de-
bitos,& multò magis conſignatiuos redimibiles, aliàs
legitimè ſuper re debitoris impoſitos, inter immobi-
lia, & ſtabilia bona computari concludunt. Idque
meritò nam præterquam, quòd rei immobili cohæ-
rent vt poſteà latiùs oſtendam,accedit & illud, quòd
cùm * eorum redemptio pendeat ex ſola voluntate de- 13
bitoris,quæ omninò incerta eſt, vt ſæpè diximus, &
vltra alios aduertit optimè Gaillius d. lib.2. obſer-
uat.7. n.8. non debet huiuſmodi redimendi facultas
in conſideratione haberi,aut impedire, quominùs vi-
deantur illi immobiles, & perpetui, argumento Tex-
tus in l.ſufficit 56.ff. de condict. indebiti,& in l. iuris
peritos 30. in fine principij, ff. de excuſat. tut. quæ &
ſimilia iura ad hoc poſt alios expendunt Tiraquel. d.
§.1.gloſſ.14. n.120.& de retractu conuent.§.2.gloſſ.
vnica,n.39.Maurus Burgius de laudimio,p.2.inſpect.
20.n.16. Felician.d.lib.1. cap.4.n.vlt. cap.7. n.2. &
lib.2.cap.3.n.32.ad fin.tom.1.& tom.2. lib.1.cap.1.
n.3.verſ. vlt.ac n.4. Ignatius Laſarte de decima vend.
cap.10.n.1.in fine,Stephanus Gratianus d.deciſ. Rotæ
Marchiæ 13. n.7. Gaſpar Rodericius de ann. reditib.
d.lib.1.q.3.n.8.& q.6.n.18.Auendañ.de cenſibus cap.
18.n.2.& d.cap.54.n.9. Ludouic. Cencius de cenſib.
p.1.cap.1.q.1. art.2.n.6.& 7.& c.3. q.1.art.2. ex
n.20. Guzman d.q.30. n.34.& 35. Quicquid* ob 14
futurum illum redemptionis caſum, mediam viam
amplexus fuerit D.Ludouicus Molina de Hiſpan.pri-
mog.lib.2. cap.10. n. 6. putans cenſum redimibilem,
attento dumtaxat præſenti ſtatu, immobilem cenſeri,
inſpecto verò futuro euentu redemptionis, mobi-
lem potiùs eſſe, cui acceſſerunt Ioan. Gutier. pract.
quæſt.lib.2.quæſt.146.n.4. Ant.Gomez iunior de cen-
ſibus cap.3.n.4.in fine principij, Nicol. Garcia de be-
neficiis 2. part. cap.5. n.96. verſ. Quamuis in cenſu,
nouiſſimè Auguſt.Barboſa de appellat.verb.ſignif.app.
117.n.2. Hæc etenim * diſtinctio, ex eo in primis 15
corruit,quòd nullo certo iure probatur,ſine quo qui-
dem, nec diſtinguere nos poſſumus, l. non diſtingue-
mus 32. ff. de recept. arbitr. cum relatis à D. Ioanne
del Caſtillo,qui pluribus exornat, quotid. controuerſ.
tom.4.cap.14.num.5. Simone,& Auguſtino Barboſa,
id multò magis ex inſtituto præſtantibus,ad principia,
& axiomata iuris, illo litt.L, n.28. & ibidem Gabr.
Aluarez n.50.hoc verò axiomat.136.n.4. nec etiam
abſque rubore loqui, l.illam 19. verſ. Eo quod, C.de
collat. iuncta vulgari allegatione, quæ apertiùs pro-
batur,in Authent.de triente,& ſemiſſe,§.conſideremus,
verſ.Sed quia, collat.3. cum adductis à Nicolao Eue-
rardo in locis legalibus,loco 81.à lege ceſſante,n.1.Pe-
tro Surdo conſ.158.n.3.& deciſ.195.& 224. vbique
n.4.& de aliment.tit.8. priuil.65.n.37. Ant.Hering.
de fideiuſſor, cap.7.n.520. Simone Vaz Barboſ. &
Gabr.Aluar. de Velaſco ad princip. & loca iuris com-
munia, litt.E, illo n.14.hoc verò n.60.61.& 62.&
Aug.Barboſa ad axiomata iuris vſufrequentiora,axio-
mat.83. qui alios congerunt. Rursùs planè conuinci-
tur ex ſuprà traditis,& inferiùs, maximè ad ſequen-
tis argumenti ſolutionem dicendis.

Vnde

16 Vnde & illorum ſententia periclitatur, qui annuos
reditus, ſiue iura illos exigendi ex fundo, vel re alia
immobili, neque inter mobilia, neque inter immo-
bilia bona quoad iuris effectus omninò connume-
rari volunt, ſed tertiam ſpeciem conſtituere adeó-
que eis minimè applicari legum ſaltem exorbitan-
tium,aut ſtatutorum,vel hominum diſpoſitiones, de
bonis mobilibus, vel immobilibus loquentes, vt in
terminis poſt alios Regnicolas docuerunt Didacus
Caſtellus ad legem 74. Tauri, gloſſ.1.à num.16. verſ.
Sed pone quòd cenſus,maximè num.18. verſ. Attamen
ſaluo meliori iudicio, Petrus Nunius ab Auendaño
reſponſo 12.num.6.& 7. & reſponſo 24.num.3.verſ.
Item reditus,Gaſpar Baeça, ſecum planè diffidens, d.
tract. de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap.4.
numero 18. & 19. Melchior Pelaez à Mieres de ma-
iorat.1.part. quæſt.40. numero 13. iuxta priorem edi-
tionem,& à numero 71. iuxta nouiſſimam, Ioan. Gu-
tierrez practic. quæſt. lib. 2. quæſt. 146. num. 3. &
lib. 3. quæſt. 84. ex num.7. Matiençus, parum ſibi
conſtans, in d. l.7. titulo 11. lib.5.compilat.gloſſ.1.
n.22. verſ.Nihilominùs, & ibi Azeuedus n.12. Gaſ-
par Rodericius, & Ludouicus Auendañus, ſibi quo-
que parum conſtantes,vel ſine cauſa varij,ille d.lib.1.
de reditibus,quæſt.3.num.11. ad med.verſ. Ex quo in-
feras,& quæſt.14.num.7. hic verò in l.6.Tauri,gloſſ.
11. num.vltim. ad fin. & in tractat. de cenſib. cap.90.
ſub num.22. inde inferentes ad explicationem illius
l.7. compil. & aliarum quarundam legum Regiarum,
iuriſque municipalis quorundam Hiſpaniæ locorum
de bonis immobilibus loquentis, probati in d. l.6.
Tauri, in fine, de qua ſic nominatim diſſerunt Ludou.
Auend.ibi,d.gl.11.ad finem,Baeça d.n.18. & Gutier-
rez d. q.84. Qui quidem omnes ex eo præſertim du-
cuntur, quòd his annuis reditibus propriè non con-
ueniat nomen bonorum mobilium, aut immobilium
17 quippè quæ * propriam ac diſtinctam ſignificatio-
nem habent, lege à Diuo Pio XV. §. in vendit. ff. de
reiudic. l.mouentium 93. vbi Bart. n.1. & alij, ff. de
verbor. ſignificat. proœmio, & l.1. tit.17. part.2. ſed
18 magis iurium, & actionum, quæ * in iure tertiam
conſtituunt ſpeciem, ſub appellatione bonorum mo-
bilium,& immobilium minimè comprehenſam, lege
quam Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de peculio, d.§.
in venditione,verſ. Quod ſi, l.2.in princ.l.benè à Ze-
none 3. verſ. Quæ omnia, C. de quadriennij præſcript.
l.2.verſ. Sed vbi quarta, C.quando, & quibus quarta
pars debeatur, lib.10. notant, & proſequuntur latè
vltra ordinarios vbique, Bartholomæus Socin. reg.
108. alphabetica, ſub verbo donatio omnium bonorum,
fallent.1. Philippus Corneus conſ.104.à n.19.lib.2.
& conſ.49.n.10. lib.3. Guido Papæ q. ſeu deciſ. Del-
phinali 291.n.1. verſ. Hinc eſt,q.341.n.6.& q.499.
num.1. ac rursùs conſ.52.ex n.1. conſ.60. in 2. dub.
ſub num.8. in fine, & conſ.215. num. 2. verſ. Quia
etiam,ac poſt plures alios latiſſimè Tiraq. de retractu
conſanguin. §.1.gloſſ.7 num.9. & ſeqq. maximè n.17.
& à n.25. Ant. Gabr commun.concluſ.lib.2. tit.2. de
verb. ſignific.concluſ.7. Pinel. ad rub. C. de bonis ma-
ternis, part.1 à num. 2. iuncto numero 24. & 25.
Gutierrez de iuram. confirmat. 1. part. cap.11. n.17.
Ioannes Baptiſta Villalobos in ærario commun. opi-
nion.litt.D, num.168.ſub verbo donatio omnium bono-
rum,Melchior Pelaez à Mieres de maioratibus 1.p.q.
59. ex num.1. Matiençus in l.2. tit.9.d.lib.5.gloſſ.1.
num.84. (vbi plura alia iura adfert) Iacobus Mande-
lus de Alba conſ.261 num.1. lib.2. & conſ.715. n.2.
lib.4. & vbique additio, congerens plures alios, &
vltra eos Alexand.Trentacinq.variar.reſol.lib.3.reſo-
lut.3. de donat. num.14. verſ. Et ratio eſt, Ioſephus
Seſſe,rectè explicans,deciſ.Aragon.122. à n.1. ad 7.
incluſiuè, Stephanus Durantus q.22. Card. Domini-
cus Tuſchus pract.concluſ.tom.5.litt. L, concluſ.124.
Alex. Ambroſinus d.deciſ.11.n.1.& 2.lib.1. Marius
Giurba, qui adhuc non paucos alios ex more cumu-
lat,ad conſuetudines Meſſanenſ.part.1. cap.1. gloſſ.2.
n.6.& cap.12.gloſſ.5. n.6. & 7. nouiſſimè Ant. Fer-
nandez de Otero de paſcuis c.37.n.3.

Verùm ex hac traditione,quam & nos fatemur,non 19
rectè Regnicolæ noſtri, maximè Auendañus, & alij
ſuprà commemorati, argumentum ſumunt ad annuos
reditus, ſiue illos exigendi iura, quæ longè plus ha-
bent, quam ſimplicia iura, & actiones, ſeu debito-
rum nomina, quippè quæ principaliter dicunt reſ-
pectum ad perſonam obligatam, non ad rem, niſi in
conſequentiam, vel acceſſionem cùm tamen iura
* annuorum redituum principaliter rei immobili 20
cohæreant, ſuper qua tantùm conſtitui poſſunt, eá-
que certa, ac frugifera, in ea ſaltem quantitate, quæ
valori debitæ penſionis, ſumptibus deductis iuxta
iuris regulas, æquiualeat, quemadmodum colligitur
ex extrauaganti 1. verſ. Sanè, illic. Super bonis
ſuis dominiis,oppidis, terris, agris, prædiis, domibus,
& hereditatibus,iuncto Textu ibi, Bonis in ipſo con-
tractu tunc expreſſis, pro ipſius cenſus annui exolutio-
ne in perpetuum obligatis, & extrauagan.2. ſub eodem
verſ. & ſub iiſdem ferè verbis,maximè illis, qui in hu-
iuſmodi contractibus expreſſi fuerunt, de emptione, &
venditione, & apertiùs ex motu proprio Pij Quinti,
de cenſibus,qui in hoc ius antiquum dumtaxat decla-
raſſe cenſeri debet, illic: Statuimus cenſum, ſeu an-
nuum reditum creari, conſtituíve nullo modo poſſe, niſi
in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de ſui
natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus de-
ſignata ſit, ex quibus ſic ſigillatim notarunt Bartho-
lomæus Caſſaſaneus in catalogo gloriæ mundi, 12.&
vlt. part.conſiderat.99. poſt medium, verſ. aduerte ta-
men ad vnum, & in commen. ad conſuetud.Burgundiæ,
rubr.4.§.23.gl.1.n.35.in addit.& rub.11. de cenſes,
§.6. in Textu ibi de aucune choſe, in addit. verſ. Et
aduerte, & conſ.63. n.1. & latiùs à n.6. Guilielmus
Rodoan. de rebus Eccleſiæ, q.17.de conſtit. annui cen-
ſus,ex n.42.Nauarr.in tract. de vſur.ad caput ſi fœne-
raueris,14.q.3.n.79.verſ.Octaua,& n.85.à ſimili ver-
ſiculo.Octaua,n.86.Ioan.Baptiſta Lup.ad l.2. Cod.de
pact.inter empt.comment.2.§.2.n.63. Petr.Nunius ab
Auendaño reſponſ.12.num.3.verſ.Ex ſupradictis, D.
Franciſcus Sarmiento ſelect.interpret.lib.7. cap.1.nu-
mero 19.verſ.Finge, & n.38.verſ.Fructiferam autem,
Didac.Perez ad rub.tit.2.lib.8. ordinamenti, pag.pen.
& vlt.à verſ.Quæri etiam poteſt,Petrus Salazar de vſu,
& conſuet. cap.8.n.45.& cap.11.n.72.& 91. Ioan.
Gutier.pract. quæſtionum lib.2.q.177.num.6. & ſeqq.
Emanuel Mendez de Caſtro ad rub. C.de annon.ciuil.
n.26. Brunorus à Sole quæſt. legali 4.per totam, &
poſt plures alios Ludouic. Auendañ. de cenſibus cap.
50. à num.6. cap.53. per totum, maximè à num.3.
& cap.57. à num.6. verſ. Sed his omnibus, Ludouic.
Cencius de cenſibus p.1.cap.3. in princ. à num. 6. &
quæſt.1.2.& 3.per omnes articulos, maximè in primo
cuiuslibet quæſtionis articulo, Cæſar Manentus de
contractu liuellario pacto 15. quæſt.5.num.46.verſ. Et
quando reditus,ac num.87. Pater Ioannes Bapt.Scor-
tia in ſelectas Summorum Pontificum conſtitutiones,epit.
104.& 105.theoremate 258.cum duobus ſequentibus,
vltra alios ab ipſis congeſtos,qui proinde cenſus per-
ſonales,ſiue ſuper ſola vendentis perſona, cum gene-
rali etiam bonorum eius obligatione impoſitos, illi-
citos eſſe meritò cenſent,quicquid contrarium,ſeclu-
ſa diſpoſitione motus proprij, veriùs poſt alios cre-
dant D.Couarr.& alij,quos præced.diſſertat.retulimus
n.74.Cùm igitur * ius annui reditus,ſiue cenſus con- 21
ſignatiuus redimibilis non poſſit conſtitui niſi ſuper re
immobili, & per conſequens rei immobili cohæreat,

 ratione

ratione huius cohærentiæ dicitur conſiſtere in eodem
loco, in quo res ipſæ, quibus cohæret, ſitæ ſunt, vt
cum Bald. & aliis reſoluunt Tiraq. de retract.conſan-
guin.§.1.gl.7.n.33. & §.6.gl.1. à n.6. Cardin. Pariſ.
conſ.86.n.7.lib.4. Hieron.Gabriel de conſ.141.n.14.
& 15.lib.2. Surd.d.conſ.204.n.6.& 7.Vincent.Car-
roc.dec. 103.n.16. Gaſp.Rodrig. de annu.redit.lib.2.
q.9.n.8. in fin. Statilius Pacificus de Saluiano inter-
dicto,inſpect.3.cap.2. n.223. Steph. Gracian. diſcept.
forenſ.tom.3. c.185. n.6.7. & 8. Ludou. Cencius d.
q.1.art.2.n.4.5. & 6. quæ ratio ceſſat in ſimplicibus
iuribus, & actionibus, ideóque mirum non eſt,ſi hu-
22 iuſmodi iura * tam ex ſtricta eorum natura, quam ex
cenſura iuris tertiam conſtituant ſpeciem inter bona
mobilia,& immobilia, annuorum verò redituum iu-
ra, primo dumtaxat modo illam conſtituant, ſecundo
verò minimè, cum immobilibus planè æquiparata
ſint, ita vt bonorum immobilium appellatione gene-
raliter, & quoad omnes iuris effectus contineantur,
vt diſſertè præ aliis iuribus traditum eſt in d.Clement.
exiuit, §. cumque annui reditus, de verb.ſignific. qua
23 æquiparatione ſtante,* neceſſe eſt, vt omnis diſpoſi-
tio,ſiue legis,ſiue hominis, de bonis immobilibus lo-
quens, in his annuis reditibus verificetur,cùm æqui-
paratorum,per viam regulæ generalis,vt in propoſito
idem per omnia iudicium ſit,l.ſi ſocer,44.al.45. in fi.
princ. iuncta gl. penult. ff.ſoluto matr. l.1. vbi Bart.
à n.1. & cæteri communiter notarunt, ff. de legat.1.
cum adductis à Nicol.Euerard. in locis legalibus, lo-
co 14. à pari, numero primo, & loco 101. ab æqui-
pollentibus, num. 2. Andr. Gaill. practic. obſeruat.
lib.2.obſeruat.13.n.13.& de pace publica, lib. 2.c.6.
n.18.& de pignorationibus,obſeruat.9. n.2.expendunt
ad varia Franc. Viuius dec. 255. n.19. & 20. Tib.
Decian. reſponſ.6. n.27. vol. 1. D. Lud. Molin. de
Hiſpano. primog. lib.2. c.8. n.25. poſt medium, verſ.
Præterea hoc ipſum, Hieronym. Magonius deciſ.15.
Rotæ Lucenſis, n.32.& 33. Farin. fragm. criminal.
part.1.lit.E, n.202. Cardin. Dominic.Tuſchus pra-
cticar.concluſionum,tom.3.lit.E, concluſ.308. per to-
tam, D.Perez de Lara de anniuerſar.lib.2 cap.4. nu-
mero 101. dixi item ego,in prælect.ad Text.in c. 1. de
fide inſtrumentorum ſub n.22.& in l.contractus,23.ff.
de reg. iur. cap. 2. n. 19. & exornant nouiſſimè cum
multis aliis Simon Vaz Barboſa, & Aug. Barboſ. ille
ad principia,& loca iuris commun. lit.A,n.67.hic ve-
rò ad axiomata iur.vſufrequent.axiom. 14.num. 1.cum
ſeqq. Gabr. Aluarez de priuil. pauper.quæſt.36.n.13.
24 & ad axiomata iur. lit. A, n.180. Vnde * lex noua
in vno caſu loquens,procedit etiam in alio,qui ei per
legem antiquam æquiparatus eſt,in quacumque ver-
ſemur materia, quantumuis exorbitanti, correctoria,
& pœnali,gloſſ.vlt.in fine,in l. quod verò 14.ff. de le-
gibus,& ſimilis gloſſ.vlt.in l.ſi quis ſeruo, 20.C.de fur-
tis (per Text. ibi,iuncta l. vt tantùm, 14.§.1. verſ.
Sed vtilis,vbi & notat Bart. n.1.ff.de ſeruo corrupto)
Gloſ. verbo prouiſione, verſ. Sed cùm quotidie, in c.
ſi poſtquam 33.de elect.in 6. quas Gloſſas ad hoc poſt
alios expendunt,earúmq; ſententiam & veram,& cõ-
muniter receptam dicũt Alex.conſ.207. n.26.lib.6.&
conſ.261.n.3.lib.7.Iaſon in §.ex maleficiis (quem le-
git, velut verſiculum §.ſequens) ſub n.39. inſtit. de
actionibus, & conſ.133. n. 12. vol. 1. vbi Franciſcus
Becius lit. G, alia eiuſdem Iaſonis, & aliorum loca
congerit,Ioan.Crotus in l.omnes populi, n. 178. ff. de
inſtit. & iure, Bartholom. Caſſaneus ad conſuetud.
Burgund. rubr. 7. §.5. verbo meilleur, & de lautre,
n.65. Euerard.in locis legalibus,loco 13. à ſimili,n.7.
& loco,79 à ratione legis larga,n.52.Burgenſis Mar-
cus Salon de Pace ad l.3.Tauri,1. part.concluſ. 2.nu-
mero 71. & rurſùs à n.94. Anton. Gomez numero 7.
verſ. Primò quia quando, & Tellus Fernandez n.22.

& 25.in l.4.Tauri, idem Tellus in d.l.3.Tauri,4.part.
num.16. D. Ferdinandus Menchaca de ſucceſſ. creat.
lib.1.§.8.n.6. Franciſcus Caldas Pereira ad l.ſi cura-
torem habens,verbo contractum feciſti, §.ſed an præ-
dicta,verſ.Qua ratione, C.de in integr.reſtit. Matienc.
ad l.6. tit.6. lib.5. nouæ compil. gloſ.1. n.6. verſ. Sed
quoties,Bernard.Diaz,& ad eum Salzedus regul.429.
Surd.conſ.33.n.28.lib.1.& conſ.383.à n.22.libro 3.
Petrus Barboſ. in l. ſi conſtante, 25. in princ. n.98.
99.& 100.ff.ſoluto matrim. Vincent de Franchis de-
ciſ.11.n.5. Farinac. d.lit.E, n.203.Don Garſias Ma-
ſtrillus deciſ.156. n.20.21. & 22.lib.2. Stephanus
Gracianus diſceptat. forenſ. lib.5. cap.946.n.9. ergo
* & lex, de bonis immobilibus generaliter loquens, 25
vel diſponens, in annuis reditibus, qui eis per om-
nia æquiparati ſunt, vtique verificabitur, eodemque
modo procedet, vt diximus, prout in legibus diſpo-
nentibus, vt poſſidens immobilia, ab onere ſatiſdan-
di releuetur, iuxta l.ſciendum, 15 ff. qui ſatiſd. cogan-
tur, & vt immobilia minorum bona abſque decreto
non alienentur, iuxta integros titulos, ff.de rebus eo-
rum, qui ſub tutela, vel curatione ſunt,ſine decreto non
alienandis,& C.de prædiis minorum, l.4. verſ. E eſtos
tales, tit.5.p.5. iuncta l.18. in princ. illic: Que ſea
rayz, tit. 16. partit. 6.ex veriore, ac receptiore ſen-
tentia concludunt, variiſque aliis exemplis illuſtrant
relati à nobis ſuprà n.11.& 21. & latiſſimè à Ludou.
Cencio 1.p.de cenſibus,d.c.3.q.1.art.2.ex n.13.& in
terminis * ſtatuti, retractum rei immobilis venditæ, 26
proximiori conſanguineo intra certum terminum
concedentis, quale apud nos viget in l.3. tit.10.lib.
3.fori,& in lege Henricia,vulgò dicta de Nieua,quæ
ſunt lex 7. & 8. tit.11. lib.5. compilat. & in lege 70.
cum 5.ſeqq. Tauri, quæ ſunt lex 9.cum totidem ſeqq.
iuncta l.15.d.tit.11. lib.5. compilat. quòd ei locus ſit
non ſolùm in re verè immobili vendita, ſed etiam in
iure annui reditus, quod ei æquiparatur, neque tan-
tum ex conſuetudine Franciæ, ita legem municipa-
lem de retractu rei immobilis interpretante, de qua
teſtatur Ioan. Faber. in §. vlt. num. vlt. verſ. Sed ego
moueo, inſt. de duobus reis, ſed & ex iuris regulis
propter dictam æquiparationem, longe verius, quàm
Regnicolæ noſtri,relati ſuprà n.16.docuit Matth.Af-
flictus de iure protomiſeos, in princip.l.n.5.verſ. Item
quæro,& n.6. inter tractatus,DD.vol.mihi 5.relatus,
ac receptus à Zifontano in l.70.Taur.q.25.qui * ſub 27
nomine annuorum redituum perpetuorum, intelligit
etiam redimibiles, quippe qui perpetui quoque indi-
cantur, iuxta ſuperius tradita n. 13. & ſolùm eo no-
mine excludit cenſus non diu duraturos, ſiue ad mo-
dicum,vel non longum tempus debitos,vt & intelli-
git Afflictus,ad quem ſe refert, quod cæteri Regni-
colæ, Zifontanum referentes, non perceperunt, pu-
tantes eum loqui in cenſibus omninò perpetuis, ad
differentiam redimibilium, & adhuc eum improban-
tes; idem rurſùs docuit (tametſi reclamante Rode-
ricio, quem retulimus d. num. 21.) Tiraquel. rectè
inſpectus de retractu conſanguinit.§.1.gloſ.6. num.4.
& 5.in fin. & gloſ.14. n.117. ac ſequuntur Balthaſar
Benedel. de iure protomiſ.in princ. n.62. & 63. Fede-
ric.Martin. de iure cenſuum,cap.vlt.à num.158. & in
terminis quoque * legum quarundam municipalium 28
Hiſpaniæ, quibus cauetur, vt bona immobilia re-
deant ad truncum, ſeu ſtipitem, vnde prouenerunt,
nempe prouenientia ex linea paterna,ad paternam,&
ex materna,ad maternam, idcircò truncalia bona vul-
gò dicta,quarum legum, & conſuetudinum meminit
eas approbans l.6. Tauri, in fin. quæ eſt lex 1. tit.8.
lib.5. nouæ compilat. (ortumque habuit à l. 10. ti-
tulo 6.lib.3.fori, vt aduertit rectè Auendañ. in d.l.6.
Tauri,gloſſ.11.num.14.) quod & annui reditus, tan-
quam immobiles à iure reputati, ſub eis contineanⷩ-
tur,

tur,adeóque debeant ſimiliter ad ſtipitem redire,mul-
tò verius quam Baeça,& Gutier.ac Ludouic. Auen-
dañ. relati à nobis d.num. 16. docuit Ioannes à Ro-
jas, eos reditus nominatim in propoſito diſtinguens
à nominibus debitorum,ſeu iuribus, & actionibus,in
epitome ſucceſſionum,cap.30.n.22. iunctis præcedenti-
bus à n.16. & in terminis ſimilis ſtatuti Meſſanenſis,
Marius Giurba in commentar. ad eiuſmodi ſtatuta, &
conſuetud.cap.12.gloſ.5.n.9.
29 Et pariter hominis diſpoſitio, de bonis immobilibus
ſimpliciter facta, annuos reditus complectetur, cùm
homo in dubio iuris diſpoſitioni ſe conformare videa-
tur,l.quæro 54. aliàs 56. §. inter locatorem.ff.locati,l.
ſi duo,38. in fin. ff.de acquir. hæredit. l. hæredes mei,
57. §. cùm ita, ff. ad Senat. Conſ. Trebell. & vbique
DD. Alciatus, & Menoch. de præſumpt. ille reg.3.
præſumpt.32.ex n.1. hic verò lib.1.q.37.n.8.& libro
3.præſumpt.14.n.8.ac tota præſumpt.38.& lib.4. præ-
ſumpt.161.n.24.& 25. idem Alciatus lib.5. parado-
xorum,cap.19. n.3. Iulius Clarus lib.3.ſent.§. teſta-
mentum,q.76.à n.11.& lib.4.§.emphyteuſis, q.32. ad
finem,Cardin. Franciſc. Mantica de co iectur.vlt. vo-
lunt.lib.6. tit.6. ex num.1. Ioan. Petr.Surd. conſ.42.
num. 6. ac deciſ. 114. n. 11. & deciſ. 322. n.55. ac
poſt alios D.Ioan.del Caſtillo quotid. controu. tom.2.
c.36.n.43.
30 Dixi de bonis immobilibus ſimpliciter facta,& rur-
ſùs addidi in dubio, vt indicarem aliud eſſe,ſi ex ver-
bis diſponentis contraria coniectura ſumi poſſet, nec
enim tunc ab eius voluntate, etiam tacitè ex ipſius
verbis collecta, recedendum eſt, ob generalem iuris
diſpoſitionem, cui minimè in huiuſmodi caſu ſe con-
formare videri debet,ex regula Text. in l. iam hoc iu-
re,4.ad finem,verſ.Ita enim, ff. de vulgari, in l.licet
Imperator 74. verſ.Tamen hoc,ff. de legat.1. & in l.
non aliter 67. alias 69.ff. de legat. 3. cum ſimilibus,
in non longè diſſimili propoſito relatis ab Hartmano
Piſtore quæſt.iur.lib.2.q.1.n.46.107.& 108. quibus
conſonat l. 6. tit.33. p.7. & in terminis notat Alex.
n.10.& 11. & communis, quam reſoluunt Hieron.
Zanchus num.1136.& à n.1156.& Fabius Acorom-
bonus n.44.iuncto n.46.in d.l.hæredes mei, § cùm ita,
Fachineus controuerſ.iur.lib.12.cap.41.verſ.Non ob-
ſtat altera ratio, Petrus Pechius in regula contractus,
85. num.1.lib.6. Mantica de coniectur. vlt. voluntat.
d.lib.6.tit.6.à n.20. & poſt eundem Manticam alibi
& alios D.Ioan. del Caſtillo quotidian. controuerſ.lib.
4.cap.31. num.77. & 83. idemque in ſimili voluit,
licet non ſatis explicet, Ant. Gamma deciſ. 41. n.7.
verſ. Contra hanc, iuncto verſ. Sed id obſtare non po-
teſt,iuuantque à nobis tradita diſſert.11. n.111. verſ.
31 Ex quibus facilis patet ſolutio. Quia * quod ita ex
diſponentis mente, & coniecturis colligitur, pro ex-
preſſo habetur,d.l.licet Imperator,illic.Si non fuit eui-
dens diuerſa voluntas, quæ ex multis colligitur, ff.de le-
gat.1.l.fideicommiſſa,11.§.ſi filio à patre,illic: Sed in-
telligi hoc poſſit, vbi notat Gotofredus,ff.de legat.3.l.
cùm auus,101.al.102. in fin.ff.de condit. & demonſtr.
l.ſi locuples (aliàs ſi quis locuples) 57. in fin. illic: Vt
apertiſſimè curare videatur, ff. de manumiſſis teſtam.l.
generaliter,6.§.cùm autem, C.de inſtit. & ſubſt.l. cùm
acutiſſimi,30.C.de fideicom. & vltra DD.in his,& aliis
locis, obſeruant, & ad varia expendunt Tiraq. in l.ſi
vnquam,verbo libertis, à n.52.C.de reuocan.donat.&
ad leges connubiales, gloſſ.7. n.164. D. Molin. de Hi-
ſpan.primog. lib.1. cap.4. n.19. Mantica de coniectur.
lib.3.tit.19.n.4.in fin. Surd. conſ.21.n.4.& conſ.110.
n.12.lib.1.Menoch. conſ.95.n.36.& 39. lib.1. & de
præſumpt.lib.1.q.45. n.3. & ſeqq. & lib.3.præſumpt.
134.n.37. & de adipiſc. poſſ.rem.4. n.122. Vincent.
Honded.conſ.50.[illegible]2. D. Ioan. del Caſtillo quotid.
controu.tom.2.c.4.numero 53.& tomo 3.capite 12.nu-
mero 42. & tomo 4. capite 17. numero 7. & 8.
Iuxta quæ ſic ex facto iudicatum eſt in Granatenſi 32
Prætorio 16. die Ianuarij anni 1634. in cauſa, quæ
me Iudice agitata eſt, inter don Rodericum Felicem
de Aualos,& Ludouicum de Væna ſuper reiuendica-
tione cuiuſdam fundi, vulgò dicti haza del Alberçon
de la peſcadera, quaſi ſubrogati in locum cuiuſdam
cẽſus,quem in vinculo, de bonis immobilibus quon-
dam facto, incluſum eſſe prætendebat dictus don Lu-
douicus actor,ipſiuſque vinculi ſucceſſor,cùm poſtea
idem cenſus à debitore redemptus fuiſſet commenda-
tario Andreæ de Aualos, ipſius cenſus domino, ac
vinculi fundatori,vice pretij,ſeu ſortis principalis da-
to ſibi dicto fundo, in eadem quantitate æſtimato,
quod * fieri poſſe conſtat ex traditis à Nauar. ad cap. 33
ſi fœnerauerit 14.quæſt.3.n.213.Qua quidem in ſpe-
cie plures ſubtiles, & elegantes inciderunt articuli,
qui aduocatorum exercuerunt ingenia, ſed potiſſima
inſpectio fuit in eo,qui ad rem quoque noſtram pro-
priè pertinet, vtrum cenſus ille & conſequenter fun-
dus, in eius locum ſubrogatus (qui poſtea ex titulo
ſingulari peruenit ad dictum Ludouicum de Væna)
inter bona immobilia computandus eſſet, adeoque
vinculi oneri adſtrictus; & non eſſe, pronunciatum
eſt, reo proinde ab actoris petitione liberato; quia
commendatarius ille non ſimpliciter ex bonis ſuis
immobilibus vinculum fundauit; (qui caſus * ſi eue- 34
niſſet,proculdubio annuorum redituum iura ſub eiuſ-
modi inſtitutione comprehenderentur, propter iuris
æquiparationem ſuperiùs conſideratam, quicquid &
in eo contrarium voluerit Melchior Pelaez à Mieres
de maiora .d.lib.1.q.40.n.13.& 14. alias n.37. iun-
cto n.71. cum ſeqq. iuxta nouiorem editionem, cui ac-
cedere magis videtur Ioannes Gutier.pract.q.lib.3.q.
34.n.14. verſ. Quo fit, vt docuit longè meliùs Ema-
nuel Mendez à Caſtro ad rubr. C. de annon. ciuil. n.
35. vbi tamen falsò pro ſe Mierem citat d. q.40. pro
q.59. n.3. aliàs à n.6. quò loci Mieres id quod ei
Emanuel impingit,non in cenſu, in quo contrarium
potius docuerat d.q.40. ſed in nominibus debitorum
dixit, & in eo errans: nam imo * nomina neque ex 35
iuris interpretatione,neque ex communi vſu loquen-
di comprehenſa videri poſſunt in vinculo, de bonis
immobilibus facto, annui verò reditus vice verſa ſal-
tem ex iuris cenſura ſub immobilium appellatione
comprehenduntur,iuxta ſuperiùs tradita,in quo etiam
decepti ſunt Gaſp.Roder.de annuis reditib.lib.1.q.3.
n.11.ad fin. & Alphonſ.Guzman.de euictionib. q.30.
n.38. ſed cùm præfatus commendatarius vinculum
illud priùs vna cum vxore ex certis bonis fundaſſet,
quamplurimaque alia poſtea auxiſſet, tam mobilia,
quàm immobilia, prioribus illis bonis ſpecificè de-
ſignatis, in teſtamento à ſe poſtmodum condito im-
mobilia,in illam vſque diem acquiſita,& poſſeſſa, no-
minatim tametſi gratia exempli demonſtrata, ſequen-
tibus verbis adiecit. Y porque deſpues de aquel hecho,
y otorgado, hemos comprado, y multiplicado algunos
bienes rayzes, y muebles, mando que todos los bienes
rayzes, aſſi cortijos,huertos, caſas, tiendas, majuelos, y
otras hazas,y bienes rayzes,que nos poſſeemos oy en dia
ſean vinculados, y deſde aora los vinculo, e incorpo-
ro en el mayorazgo,que de los dichos bienes tenemos fe-
cho.Quibus quidem verbis ſatis apertè mentem ſuam
teſtator inſinuauit,ſcilicet de aliis immobilibus bonis
ſe non ſenſiſſe,quàm de his,quæ propriiſſimè,ac om-
ninò verè,& non per legis interpretationẽ,aut æqui-
parationem ſolo cohærent, qualia ſunt illa, quorum
exempla ſubiecit, & annuos reditus, ſi quos habuit,
mobilium nomine,eo quòd non propriè, ſed fictè, &
interpretatiuè ſolo cohæreant,magis intellexiſſe.Nam
etſi * exempla (vt aiunt) regulam non reſtringant l. 36
reg. 9. §.fin. verſ. Et licet municipum, ff. de iuris

Decisio incliti Granatensis Prætorij

& facti ignorantia, l. damni infecti 30.ff. de damno infecto, leg.1.§. quòd vulgò 25.ff. de vi, & vi armata, at nihilominus eam declarant, vt non procedat niſi in caſibus, omnimodam ac propriam ſimilitudinem cum expreſſis habentibus, vt ex dictis iuribus colligitur, ac notat gloſſa verbo *ob aliud*, verſ. *Item intellige regulam*, vt exempla dicunt, *in leg.2.ff.de priuatis delictis*; & communis, quam reſoluunt Ioannes Crottus *in l.1.num.2.ff. de acquir. poſſeſſ.* Paulus Pariſius *conſ.110.num.62.vol.1.& conſ.158.num.15. vol.4.* Nicolaus Bellonus *ſupputationum iur. lib.3. cap.10.num.3.* Aym.Craueta *conſ.544. num.vlt.*Hippolyt.Riminald.*conſ.19.num.34.& conſ.67.num.43. vol.1.* ac rurſus *conſ.315. num.19. vol.3.* Azeuedus *ad l.4. tit.20. lib.8. nouæ compilat. num.24.* Marius Giurba, innumeros alios congerens, *conſ.65. num. 29.& 44.* dixi item ego *in prælect.ad Text. in cap.1. de officio Ordinarij 1.part. num.41.* vbi præterea adduxi Donellum *lib.4.comment.cap.4.verſ. antepenult.* & addo nunc Diodorum Tuldenum *de iuriſprudentia extemporali lib.2. capite* 4. verſ. *Exempla declarant.*

37 Nec obſtitit quod ex parte don Roderici Felicis de Aualos tandem dicebatur, nempè commendatarium Andream de Aualos in ipſius diſpoſitione teſtamentaria generaliter vinculaſſe bona immobilia, adeóque enumerationem ſpecierum ſtatim ſubſecutam in verſ. *Aſſi cortijos, &c.* generalem illam diſpoſitionem minimè reſtrinxiſſe, ex reg.Text.*in leg.quæſitum 12.§.ſi quis fundum 46.ff.de fundo inſtrum.*illic: *Si quis fundum, ita vt inſtructus eſt legauerit, & adiecerit cum ſuppellectile, vel mancipiis, vel vna aliqua re, quæ nominatim expreſſa non erat, vtrum minuit legatum, adiiciendo ſpeciem, an verò non, quæritur. Et Papinianus reſpondit, non videri minutum, ſed potiùs ex abundanti adiectum, l.legata 9.ff.de ſupell.legata,*illic: *Legata ſupellectili, cum ſpecies ex abundanti per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur,* ex quibus & aliis ſic reſoluunt Socin. ſen. *conſ.300. num.2. vol.2.* Cardin.Pariſ. *conſ.92. num.33. vol.1.* Aymon Craueta *conſ.227.n.7.verſ.* Quartò licèt, & *conſ.245.num.9.in 2.reſponſione,verſ.* Quando enim præcedit, *part.2.* Matthæus Afflict. *deciſ.106.n.2.* Ioan.Petr.Surd. *conſ.352.num.14.lib.3.* Cæſar Barcius *deciſ. Bononienſi 4.num.37.& 38.* & poſt alios Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. tom.3. cap.404. num.5.6.7.& 8.* nouiſſimè Diodorus Tuldenus *de iuriſprudentia extemporali, lib.1.cap.4.* verſ. *Enumeratio ſpecierum*, illam rationem commendantes, quod ſpecificatio illa, ſiue enumeratio ſpecierum non gratia reſtrictionis, ſed demonſtrationis tantùm videtur
38 adiecta. Quia * regula illa in primis procedit, cùm diſpoſitionis verba ſui natura generalia ſunt, ſiue ex vi propria nedum ſpecies, quæ poſtea enumeratæ ſunt, ſed & alias omnes comprehendunt, quod generis proprium eſt, *l.iuris gentium 7.§.ſed ſi fraudandi, in fine*, illic: *Ineſt enim dolo & fraus, ff. de pactis, l.hoc legatum 45. l.ſi quid earum 47.§. inter emptum, & paratum, l.item legato 49. §.item intereſt, l.ſi chorus 79. in princ. ff. de legat. 3. l. ſemper generalibus 189. à l.147.ff.reg. iuris*, notant vltra ordinarios *vbique*, Bart. *in l.1. num.12.ff. ſoluto matrim.* Alex. *in l.1.num.78.ff.de officio eius*, Surdus *conſ.121.n.2. & 3.* atque ita verſamur in dubio an talis enumeratio facta ſit ad reſtrictionem, necne, cùm de diſponentis voluntate alioqui non appareat, in quo dubio interpretamur potiùs, enumerationem illam ex ſuperabundanti per imperitiam factam eſſe, vt illis iuribus exprimitur, quaſi ſcilicet facta ſit gratia demon-
39 ſtrationis, quæ * etiam falſa diſpoſitioni non officit, *l.demonſtratio falſa 17. in principio, & §.1.l.falſa demonſtratio 33.& l. nominatim 34.in principio,& §.1. ff. de condit. & demonſtrat. §. huic proxima 30.* cum adductis à D.Ant.Pichardo *num.1.*qui benè explicat, *inſtit. delegat.* adeóque multò minùs nocebit vera, ſed ſuperflua,& inepta; aut quaſi facta ſit (quod idem eſt) gratia tollendæ dubitationis, * quæ ſimiliter non 40
officit, nec ius commune lædit, *l. qui mutuam 56. in principio, verſ.* Etenim, *ff. mandati, l. pediculis 32. §.Labeo*, illic: *Sed non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio, ff. de auro, & arg. legato, & l.ſeruo 47. in fine, ff. de condit.& demonſtr. l.quæ dubitationis 81.& l.non ſolent 94.ff. de reg.iur.* potiùs inquam quàm vt velit diſponens præfata enumeratione generalem diſpoſitionem præcedentem contra propriam vim, & naturam verborum reſtringere; quo modò * procedit Text. *in d.leg. quæſitum* 41
12.§.ſi quis fundum,ff. de fundo inſtructo, cum ſimilibus, vt vltra ordinarios *ibi*, maximè Bart.mox referendum, reſoluunt Dynus *num.7.* ac poſt alios Petr. Pechius *num.4.verſ.* Sextò non obſtat, *in cap. generi 34.de reg.iur. in 6.* Decius *num. 15. & 16.* Mainerius *num.11.verſ. Aliquando enumeratio ſpecierum,* Cagnolus *num.15.* & Petr.Fab. *num.6. verſ.* Quòd ſi eidem, *ac num.7. in l.in toto iure 80.ff. eodem titul.* Petrus Philip.Corneus *conſ.67.num.2.verſ.*Et inſuper quando in diſpoſitione, *vol.1.* Aymon Craueta *d. conſ.227.num.8.& 9.*Hieron.Gabr. *conſ.58.num.38. vol.1.* Ioan.Cephalus *conſ.372. num.26. cum 4.ſeqq. volum.3.* Gerar. Mazolus *conſ.88.num.29.*Marcabru. *conſ.71.à num.125.* Surd.*d.conſ.352.num.15.* Didac. Sahag.*in c.1.de reſcript.num.28.circa finem,* verſ.*Tertia eſt*, Ludou. Caſſanate *conſ.44. num.46.* ac trium horum, & Petri Fabri *ſuprà* verba tranſcribens D. Ioannes del Caſtillo *quotidian.controuerſ.tom.5. c.95. n.30.& 33.* Id quod in præfato caſu minimè verificatur, quia * immobilium bonorum vocabulum, 42
quo vinculi fundator vſus fuit, ſui natura generale non eſt ad annuos reditus, ſiue ex vi propria, ac ſtricta vocabuli natura eos non comprehendit, ſed ad eos tantùm extenditur ex iuris cenſura, hos illis æquiparantis (vt diximus) atquè ita enumeratio ſubſecuta bonorum, verè ac propriè immobilium, ſatis apertè diſponentis mentem declarat, quòd à iuris cenſura recedere velit, ac retinere propriam vocabuli naturam.

Rursùs præfatæ leges loquuntur, adeoque earum 43
regula locum habet, cùm enumeratio ſpecierum actum ipſum diſponendi reſpicit, vt in earum exemplo, quia legatur fundus inſtructus cum ſupellectili, vel mancipiis, vel ſupellex cum mancipiis, vel vna aliqua re, fundi inſtructi, vel ſupellectilis nomine comprehenſa, non tamen anteà ſpecialiter expreſſa, in qua ſpecie talis enumeratio intelligitur facta cauſa demonſtrationis, & tollendæ dubitationis. Secùs ſi * reſpiciat 44
genus, aut verbum ſignificatiuum generis, ita vt facta principaliter non ſit ad diſponendum, ſed ad ſignificandum, quid per genus in diſpoſitione expreſſum, vel per verba illud deſignantia diſponens intelligi voluerit, quo ſanè caſu talis enumeratio genus ipſum, vel verba, quibus id deſignatur, modificat, ſeu reſtringit, iuxta iura ſic accipienda * *in l. cum delanionis* 45
18.§.quidam 13.ff.de fundo inſtructo, vbi teſtator legauit villam, provt ipſe eam poſſidebat, cum ſupellectile, & aliis, quibuſdam ſpeciebus, à ſe deſignatis, & Paulus ex ſententia Scæuolæ reſpondit, ſpecialiter expreſſa dumtaxat legato cedere, quia nimirum eorum expreſſio reſpicit verba illa, *itavt ipſe poſſed.* quæ genus legatum, nempè villam deſignant; & *in* * *l.Seia* 46
*20.in princip.ff.eodem tit.*vbi cum Seiæ fundi inſtructi cum ſuis villicis, & reliquis (hoc eſt penſionibus) colonorum demonſtratiuè in teſtamento prælegati eſſent, poſtea in codicillis teſtator demonſtrationem illam (quæ genus præcedens, nempè fundos inſtructos minimè reſtringebat, iuxta regulam ſuperiùs traditam) aliis additis ſpeciebus immutauit, his verbis: *Poſteà mihi venit in mentem Seiæ fundos, quos reliqui, itavt ſunt inſtructi, ruſtico inſtrumento, ſupellectile, pecore, & villicis, cum reliquis colonorum, & apotheca habere volo.* Et cùm quæſitum eſſet, an etiam ea, quæ vſus quotidiani patrisfamilias cauſa in fundis fue-
47 runt, legato continerentur? reſpondit Scæuola, * teſtamento quidem Seiæ inſuper fundum legatum (hoc eſt vltra hæreditariam portionem) relictum eſſe inſtructum fundum, cùm eſſet per præceptionem datus, vt initio eiuſdem legis exprimitur, nec enim neceſſe fuit inſtructum addere, cùm non de alio tractaretur, adeóque nec confugere ad emendationem Cuiacij, & Anton. Fabri, ipſum referentis *lib. 1.coniectur. cap.7.* qui pro *inſuper*, legunt *inſtructum*) ſubdit autem Scæuola non ampliùs deberi, quam in codicillis, quos poſt obliuionem teſtamentariæ ſcripturæ teſtator feciſſet, inſtructi appellatione contineri velle ſe manifeſtè oſtendiſſet, ex quibus, & aliis iuribus ſic intellectis huiuſmodi diſtinctionem, ac reſolutionem docuit Bart. *vtrobique* maximè, *in d.l.quæſitum,§.ſi quis fundum n.2.3.4.6.& 7.ac rurſùs, n.15.* verſ. *Aut præcedit*, & verſ. *Aut reſpicit*, ſequitur Abb. Panormit. *num.12. poſt medium, verſ.* Si verò ſpecies, & *verſ.* Aut ſpecies refertur, *in cap.ſedes 15. de reſcriptis*, & communis, quam reſoluunt, & probant Decius *in eodem cap.ſedes, n.46.& 47. & in d. l. in toto iure, num.16.verſ.* Et hoc quod dictum, *ac num.17.* vbi etiam Mainerius *n.11. poſt med. verſic.* Et idem eſt, & *verſ.* Aliquando enumeratio, *ff.de reg. iur.* Corneus *d.conſ.67. n.2.* verſ. *Ipſe autem Bartol. aliter diſtinguit*, Pariſius *d. conſ.92.n.41.vol.1.*Marcabrun. *d.conſ.71. n.127.verſ.* Et idem eſt, & *à numero 133.* Cephalus *d.conſ.372. n.19. cum 3. ſeqq.* Cæſar Vrſillus ad Afflictum *d. deciſ.106. n.7. & 8.* D.Ioan.del Caſtillo *d.cap.95. num.30.* verſ. *Et quod id procedit*, & verſ. *Secùs ſi numeratio*, quicquid Bartoli diſtinctiones irrideant Alciatus *diſpunct. iur. lib.1.c.vlt.* & Ant. Fab. *d. lib.1. coniectur. c.7. vterque in fine.*

48 In cuius quidem diſtinctionis ſecundo membro, adeóque in regula contraria, quòd enumeratio facta videatur reſtringendi gratia, proculdubio verſamur in ſpecie, quam tractamus. Nam & ſi daremus, bonorum immobilium vocabulum ex propria ſui natura annuos reditus comprehendere, quod tamen falſum eſſe conſtat, cùm id tantùm contingat propter iuris æquiparationem, vt ſæpe diximus, adhuc enumeratio quarundam rerum immobilium, facta à commendatario Andrea de Aualos, vinculum de bonis ſuis immobilibus generaliter inſtituente, actum ipſum diſponendi, ſiue diſpoſitionem, aut inſtitutionem ipſam non reſpexit, ſed genus bonorum, de quo illa facta eſt, quæ qualia futura eſſent, commendatarius ſignificare voluit, adeóque gratia generis modificandi, ſeu reſtringendi ad primordialem ſignificationem bonorum propriè immobilium, ſiue ſoli, nec ampliandi ad ſignificationem legalem (vt ſic dicam) annuorum redituum, ſiue cenſuum.

49 Accedit his, quòd commendatarius in enumeratione illa bonorum immobilium vſus eſt verbo *aſſi como*, quod aut volumus reſpondere Latinæ dictioni *veluti*, quæ ſui natura exemplificatiua eſt, *l.2. ff. de iuſt.& iure, leg.veluti,7.ff.de edendo, l.veluti 3.ff.de petit.hæred.l.veluti,6.ff. de ſeruit. ruſt. præd.l.veluti, 23.ff.de relig.& ſumpt.fund.l.veluti,6.ff.de impenſis in rebus dotalibus factis cum mille ſimilibus*, tradit Philipp.Corn.*conſ.254.n.2. vol.3.* & poſt alios Auguſt. Barboſ.*de dictionibus, dict.417.* & tunc ſuccedit regula ſuperiùs propoſita *n.36.* quòd exempla illa, & ſi præcedentem diſpoſitionem non reſtringant, quin procedat etiam in aliis bonis immobilibus, præter ibi enumerata, declarant tamen eam, vt non procedat niſi in bonis, omnimodam ſimilitudinem cum expreſſis habentibus, qualia non ſunt annui reditus, cùm non ſint bona vere immobilia, ſiue ſoli, vt expreſſa, licèt alias à iure eis æquiparentur. Aut * volumus 50
(quod non minùs probabile eſt) verbum illud reſpondere Latinis aliis dictionibus *ideſt, ſcilicet*, aut *videlicet*, & tunc idem multò planiùs dicendum eſt, quia huiuſmodi dictiones, ſui natura expoſitiuæ, & reſtrictiuæ ſunt regulæ, ſeu diſpoſitionis præcedentis ad res, vel ſpecies enumeratas, aut modum poſteà præſcriptum, vt in dictione *ideſt* videre licet *ex leg. ideſt vſque ad duos aureos 10.aliàs 11.ff. de dolo, leg. ideſt quo puteum operitur 14. ff. de actionibus empti, leg.ideſt vt citeriore die reddatur,15.ff.de pactis dotal. l.2 ff.de ſupell.legat.l.ideſt 38.ff. de condit. & demonſtrat.l.ideſt 15.ff.de liberali cauſa (iuncto legibus nuper citatis ſine legum præcedentium) l. ff.ad l.Aquil. l.1. & 2.ff.de rebus author. iudicis poſſidendis*, & in dictione *ſcilicet*, ex *l. ſi in venditione 7.* (quæ aliàs eſt *ſub l.ſi quis duas 6.*illic: *Scilicet ante traditionem, ff.communia prædiorum, l.ſcilicet 20.ff.ad l. Aquiliam, l.3.ff.de optione legata, §.inſula 22.*ibi: *Pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſque fundi, inſtitut.de rerum diuiſione, §. cæterum*, verſ. *Sed quia ſanè*, illic: *Ex qua parte ita ſcilicet admittuntur, inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.* ac deniquè in dictione *videlicet*, ex *l. videlicèt 26.ff.de pactis, l.videlicet 29.ff. ex quibus cauſis maiores, cap.ſacroſancta 51.verſ.* Videlicet, *de elect.cap. tranſmiſſa 4. de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ*, & vltra ordinarios *vbiquè*, notarunt Bart. *in d.l.quæſitum 12.§.ſi quis fundum,num.15.circa medium*, verſ. *Hoc autem conſtat*, Bald.*conſ.200.num.3.lib.4.* Mainerius *in d.l. in toto iure 80.num.11. verſ.* Sed ſi fiat enumeratio, *ff.de reg.iur.* Cardin. Pariſius *d. conſ.92. num.33.verſ.* Ex quo non apparet, *vol.1.* Aymon. Craueta *d.conſ.227. n.7. ad fin.verſ.* Quod ſine dubio, *conſ.245.num.9.verſ.* Niſi enumeratio, & *conſil. 273. num.9. part.2.* Cephalus *d. conſ.372. num.18.* Menoch.*conſ.328. num.11.* Cardin. Dominic. Tuſchus *pract.concluſ.tom.2.lit. D,concluſ.369.& 393.* Beltraminus *in additione ad D.Ludouiſium deciſ.257. lit.A, n.13.* verſ. *Regulare eſt, iuncto* verſ. *Niſi expreſſio*, Auguſt.Barboſ. *de dictionibus, dictione 145. 357.& 423.vbique num.1.*quicquid ipſe *ibidem n.3.* & Antonius Monachus, à ſe relatus, *deciſ.Lucenſi 13, num.3.* dictionem *videlicet* in dubio ſtare magis demonſtratiuè, quàm reſtrictiuè doceant, quaſi ex ſententia Crauetæ, & Pariſij *in locis proximè relatis*, qui tamen contrarium apertè docent, vt apud eos videre eſt.

Quacumque autem admiſſa interpretatione præ- 51
fati verbi *aſſi como*, nihil ei refragantur verba illa, *Y otros bienes rayzes*, quibus vinculi fundator vſus eſt poſt factam in genere quorundam bonorum immobilium enumerationem. Non enim illa ampliationem admittunt ad bona diuerſi generis ab enumeratis, qualia ſunt annui redditus; verbum namque *otros*, * reſpondens pronomini *alius, alia, aliud*, eſt 52
repetitiuum ſimilium omnimoda ſimilitudine, itavt non comprehendat maiora, vel minora expreſſis, ſed ea dumtaxat, quæ penitùs eiuſdem qualitatis ſint, *leg. finali §.cui dulcia, & §. quod ſi ita, ff. de tritico, vino, & oleo legato, l. quidam relegatus 5.* illic: *Sine quis alius, iuncto Text.* ibi. *Sed alius ex amicis, ff. de rebus dubiis, l.3.iuncta gl.verbo alia pœna C.de ſeru.fugitiu. c.ſedes 15.verſ.*Nec liceat, *cap.Rodulfus 35.de reſcriptis, cap.qui ad agendum 4.de procurat.in 6.Clementina non po eſt 2.eodem titul.* tradunt vltra ordinarios *vbique*, Bart.*num.15.verſ.* Primo caſu, *in d.l.quæſitum 12. §.ſi quis fundum,ff.de fundo inſtructo*, Stephan. Bertran,

tran. *conſ.* 126. *n.* 6. *verſ.* In quo aduertendum, *in* 2. *prim volum. part. conſ.* 314. *num.* 12. *volum.* 3. *part.* 1. *conſ.* 38. *n.* 3. *vol.* 5. Socin. iunior, Socinum ſeniorem, & plures alios congerens *conſ.* 160. *n.* 13. *& conſ.* 168. *n.* 52. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 9. *num.* 41. *verſ.* Tum quoque, *& conſ.* 64. *n.* 31. *vol.* 2. *conſ.* 145. *n.* 25. *&* 26. *& conſ.* 158. *num.* 18. *vol.* 4. Hieron. Gratus *reſponſo* 11. *n.* 9. *&* 10. *lib.* 1. Marcus Ant. Nata *conſ.* 298. *n.* 5. *vol.* 2. Cephalus *conſ.* 13. *num.* 11. *& conſ.* 53. *num.* 66. *vol.* 1. ac poſt innumeros alios, quanquàm non omnes ſatis fideliter, Petrus Cened. *ſingul.* 4. *per totum, maximè n.* 1. 2. *&* 3. & Auguſt. Barboſa *de dictionibus, dict.* 26. *ſub iiſdem numeris*, & vltra eos Sigiſmundus Scaccia, latè & eleganter exemplificans, *in tract. de ſent. & re iudicata, gloſſ.* 7. *quæſt.* 3. *limit.* 4. *ex num.* 133. Ex quibus ſatis ſuperque (ni fallor) comprobata, & iuſtificata manet ſuperior Granatenſis curiæ definitio, quæ & in gradu ſupplicationis confirmata eſt, me non iudice, 20. die Martij anni 1635. à doctiſſimis iudicibus, aulæ meæ tunc originariis, nempe D. Luca Perez de la Zarraga, & duobus Ouetenſibus concollegis D. Didaco de Ribera, nunc apud ſupremam Caſtellæ curiam Regio cauſarum criminalium iudice, & D. Franciſco de Solis, ac præterea ab eruditiſſimo Præſide noſtro D. Ioanne Baptiſta Valençuela, qui eidem aulæ interfuit.

53 Supereſt itaque ex ſupradictis (vt ad 1. argumenti ſolutionem, à qua digreſſi tantiſper ſumus, reuertamur) cenſum ſuper alio cenſu, aliàs legitimè impoſito, quippe qui pro immobili à iure habetur, rectè poſſe conſtitui. Nec futurus redemptionis caſus quicquam obſtat, quia illo eueniente, actio manet creditori, etiam ſemoto pacto, quod vtilius tantùm erit, non etiam neceſſarium, vt alternatiue debitorem cogere poſſit, vel ad alium cenſum, aut fundum æquè idoneum ſupponendùm, vel ſi hoc refugiat, ad cenſum ſuum redimendum, iuxta ea, quæ in præced. diſſert. reſoluimus ex *num.* 21.

54 Multóque minùs attendi debet periculum extinctionis, cui hypothecæ, huiuſmodi reditibus ſeu cenſibus ſubiugatis ſuppoſitæ, ſubiacent, vt in argumento quoque dicebamus, eſt enim hic caſus nimis accidentalis, & remotus, maximè cum nec attendatur id periculum in fundo, vel alia re immobili, proximè, & immediatè cenſui hypothecata, quia futurus incertus caſus nullo humano conſilio regi, aut prouideri poteſt, *leg.* 2. *§. ſi eo tempore, cum relatis à gloſſ. verbo poteſt, ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen.* imò regulariter eò iuſtior eſt hic contractus, quò maiori periculo, ac lucri incertitudini exponitur, arg. Text. *in c. in ciuitate* 6. *& in c. fin. de vſuris*, per quæ, & ſimilia iura tam DD. *vbique*, quam cæteri paſſim in hac materia ſic admonent, generalem ex illis regulam elicientes, cenſus fortunæ non ſubiacentes vſuræ labem præ ſe ferre, quod præ aliis optimè notauit Anchar. *in reg. peccati, numero* 14. *verſ.* Quæro duodecimo, *de reg. iur. in* 6. quem ad hoc refert, & commendat Cæſar Manentus *de contractu liuellario, pacto* 15. *q.* 2. *num.* 37.

55 Deinde argumento multò faciliùs reſpondetur, quòd imò eorum admiſſa ſententia, qui indiſtinctè volũt, non poſſe cenſum redimibilem ſuper ſimili alio conſtitui, planè impertinens eſt, ac nullius momenti pactum illud, in noui cenſus conſtitutione adiectum vt antiquo redempto, nouum quoque redimere teneatur venditor: nam ſi cenſus eo modo conſtitutus, ab initio non valet, fruſtra ei tale pactum adiicitur, cùm qualitas ſine ſubiecto eſſe non poſſit, *l.* 3. *§.* 1. *in fine, ff. de capite minut.* cum ſimilibus, ſup. à me re-
56 latis diſſertatione 27. *numer.* 38. ſed & ſtante * cenſus eo modo conſtituti iniuſtitia, nedum iuſtius non eſſet, ſed imò multò foret iniquius, noui cenſus debitorem obligari, aut teneri in caſu redemptionis alterius cenſus ſibi debiti, ad reddendam ſui cenſus creditori integram ſortem, cum potius ex nonnullorum ſententia, quos præcedenti diſſertatione *num.* 10. 12. *&* 13. retulimus, noui cenſus debitor ſolutos à ſe reditus, vt pote ex cenſu nulliter conſtituto perceptos, poſſet ab initio repetere, & ſic ſuccedit regula Textus *in leg. inuitus* 198. *§. cui damus, ff. de regulis iuris*, cum relatis à Simone Vaz Barboſa *ad principia, & loca iuris communia lit. A, num.* 19. *&* 20. & Auguſtino Barboſa *ad axiomata iuris vſufrequentiora, axiom.* 9. *n.* 11. *&* 12.

Ex quibus facilis quoque ſolutio patet ad alte- 57
rum argumentum, initio propoſitum, cuius antecedens negamus, & ad ſyllogiſmum pro eius probatione formatum reſpondemus, concedendo maiorem, nempè pretium, à lege cenſui redimibili aſſignatum ad rationem viceſimæ pro milliario, cùm iuſtum ſit, exigere, cenſum ipſum venditum id valere, inficiamur autem minorem, ſcilicet cenſum redimibilem, ſuper ſimili alio non minoris quantitatis impoſitum, illi iuſto pretio non æquiualere, niſi ſub relata pactione; quæ ſanè propoſitio non rectè illa altera argumentatione probatur, pretium nempè à lege taxatum, ita demùm iuſtum eſſe, ſi res cenſui ſuppoſita ſit ſecura, at alter cenſus ſuppoſitus, res ſecura non eſt, ob redemptionis periculum, ergo hic, qui ſuper illo impoſitus eſt, minùs valet iuſto illo pretio, à lege præfinito. Nam & huic ſecundo ſyllogiſmo reſpondemus, diſtinguendo maiorem, concedimus enim, ſi de ea ſecuritate intelligamus, quam lex neceſſariò requirit, ſeu ſupponit, aliàs verò negamus, & in eo quidem ſenſu, quo maiorem fatemur, minorem abſolutè diffitemur, eam nempè ſecuritatem, quam lex prærequirit, ſeu ſupponit, deficere cenſui, qui ſuper alio redimibili imponitur; neque enim lex, pretium taxans, huiuſmodi impoſitionem velut minùs ſecuram abhorret, cùm ad leges Pontificias, modum ac formam cenſibus præſcribentes referatur, quæ tamen (vt ad præcedens argumentum probauimus) non ſic proprie, ac præciſe ſuper re immobili cenſum conſtitui volunt, vt excludant rem aliam, quæ pro immobili habeatur, qualis eſt alter cenſus, ſiue annuus reditus, non ſolùm omninò perpetuus, ſeu qui redimi nunquam poſſit, ſaltem repugnante creditore, ſed etiam redimibilis ad nutum debitoris, cùm (quod ad creditorem attinet) ſors pro eo data, perpetuò abalienata ſit, incertumque ſit omninò, an & quando debitor redimere volet, vt ad præcedens argumentum *ſub num.* 13. cum pluribus probauimus.

Vnde etiam corruit prima argumenti conſide- 58
ratio, non eſſe ſcilicet audiendum cenſus debitorem, dicentem paratum ſe eſſe rem aliam ſecuram eidem ſupponere, eò quod ab initio non ſic, ſed aliter, nempe de nouo cenſu præciſè redimendo inter ipſum, & emptorem conuenerit, adeoque id tantùm inſpici debeat, ex regula *leg. contractus* 23. *verſicul. Sed hæc ita, & leg. ſemper* 34. *ff. de regulis iuris*, ſupponit namque falsò, eiuſmodi pactionem valere contra ea, quæ ſæpè diximus. Sed nec illud verum eſt, quod tot patres, alioqui doctiſſimi, ſibi perſuaſum habent, vt cenſus redimibilis ſuper ſimili alio imponi valeat, neceſſum eſſe ab initio, mutua alternatiua pactione creditoris ſecuritati conſuli: nam & ſi id vtile ſit, & omnis dubitationis amputandæ gratia conſultius, non tamen eſſe neceſſarium conſtat ex his, quæ diſſertat. præcedenti *ſub numero* 24. reſoluimus, pretium ſcilicet redemptionis antiqui cenſus, eius loco ſuccedere, vt debitor ex eodem pretio, quo cum creditoris iactura potiri non debet, alium emere cenſum, vel fundum cogi poſſit, quem cenſui à ſe debito ſupponat, ſi hunc redimere nolit, vt idem Pater Salas, qui initio cenſuarij contractus de hac re ſpecialiter caueri deſiderabat, non multò poſt ſui immemor longè melius aduertit. Accedit, * quod
59 ſuperflua, neque iure petita cautione, vel obligatione nemo onerari debet, *l. non cogendum,* 45. *ff. de procurat. l. hæc ſtipulatio* 14. *in fine, ff. vt legatorum, ſeu fideicommiſſ. nomin. caueatur*, cum relatis à Maſcardo *de probat. tom.* 2. *concluſ.* 1182. *num.* 5. Menoch. *de arbitrar. caſu* 140. *n.* 1. Ioanne Baptiſta Coſta *de iuris, & facti ignorantia, inſpect.* 31. Anton. Heringius *de fideiuſſionibus, cap.* 5. *num.* 16. Quinimò & ſi daremus neceſſariam fuiſſe ab initio alternatiuam illam pactionem, non tamen inde rectè inferretur, validam ſimiliter cenſendam, omninóque obſeruandam fore pactionem iſtam, qua vno dumtaxat modo creditoris indemnitati conſuleretur; eſt enim longa * inter
60 vnum, & alterum caſum differentia, nam pactio præciſè obligans debitorem ad redimendum cenſum, ob ſuperimpoſiti redemptionem ſibi factam, reſtringit nimis facultatem, quam ipſe aliàs haberet, vno vel altero modo ſatisfaciendi creditori, id quod illi alternatiue emiſſa pactio concedit, & ideò nihil inconuenit, hanc pactionem valere, vtpote ex qua plenè conſulitur indemnitati creditoris abſque eo quòd iuri debitoris detrahatur, primam non itidem, quippè in quo hoc vltimum deficit, niſi ad hanc ſecundam reducatur, iuxta ea, quæ relato quoque loco adnotauimus.

61 Deinde, & ſecunda argumenti conſideratio ex ſuperioribus planè ruit; fatemur namque, quòd ſi creditor, qui initio conſtitutionis cenſus cum debitore pactus eſt, vt redempto altero cenſu, ſuper quo ille impoſitus eſt, nouum redimere teneretur, alio deinceps modo ſibi conſuli deſideraret, per nouæ ſcilicet hypothecæ ſuppoſitionem, non eſſet ad eam debitor cogendus, non tamen inde colligere fas eſt, quòd nec vice verſa creditor, qui prædicto dumtaxat modo, per redemptionem ſcilicet noui cenſus, ſibi proſpexerat, cogi poſſit ad inſtantiam debitoris alium ſecuritatis modum accipere per nouæ hypothecæ ſup-
62 poſitionem; eſt enim * magna inter vnum, & alterum caſum diſparitatis ratio, in primò namque pactum illud de redimendo cenſum, præciſè obligat creditorem debitore volente, in cuius fauorem reſoluitur in alternatiuum de redimendo, vel nouam hypothecam æque idoneam ſupponendo ex intrinſeca cenſuarij contractus natura, quæ non admittit, cenſus redemptionem, etiam conditionatam, ex alterius quàm debitoris conſenſu pendere, vt ſæpè diximus, adeóque in eius odium retorqueri non debet, vt alterum ſecuritatis modum in eo pacto ſubintellectum accipere inuitus cogatur, iuxta regulam *l. quod fauore,* 6. *C. de legibus*, cum ſimilibus relatis *à gloſſ.* 1. *in princip. ibi*, & ex quibus ſumpta eſt regula *quod ob gratiam*, 61. *lib.* 6. maximè cùm vis alternatiuæ ea ſit, vt ſemper debitori maneat electio, *regula in alternatiuis* 70. *eodem libro*, ſecundo verò caſu ex eadem ipſa ratione minimè recuſare poteſt creditor alium quàm redemptionis, æquè tamen idoneum ſecuritatis modum, ſibi à debitore oblatum, ſi eum ſibi vtiliorem iudicauerit, cùm non magis interſit creditoris hoc, vel illo modo ſecuritatem accipere, nec ad vnum præciſè debitor adſtringi valeat, vt dictum eſt, iuuat regula, * quæ
63 vulgò ſumitur ex *l. in fundo,* 38. *verſ.* Conſtituimus, *ff. de rei vendicat. l. in creditore,* 38. *verſ. Cui enim,* iuncta *gloſſa vltima, verſ.* Item nota; *ff. de euictionibus, lege* 1. *§. iidem aiunt aquam pluuiam, & lege* 2. *§. item Varus* 5. *verſiculo* Quanquam, *ff. de aqua pluuial. arcenda*, vt quod tibi non nocet, & mihi prodeſt tenearis facere, quam regulam ad varia expendunt plures relati à Petro Barboſa *in l.* 2. *in principio,* 2. *part. num.* 40. *ff. ſoluto matrimonio*, D. Ioannes Baptiſta Valençuela *conſ.* 18. *num.* 131. D. Ioanne del Caſtillo *quotidianarum controuerſiarum, tom.* 4. *c.* 10. *num.* 37. *&* 55. nam quanquàm ipſi eam regulam generaliter ſumptam extra caſus; in quibus relata iura, & ſimilia loquuntur, fallacem eſſe non malè contendant, ad caſus noſter ſimilis eſt ei, qui proponitur *in d. l. in creditore*, provt declaratur à Bart. *n.* 13. & Alciato *num.* 50. *ibi*, Barboſa *vbi ſuprà numer.* 38. *limitatione* 2. cùm videlicet in contractu incidit aliquid, quod reſarciri poſſit abſque damno vnius, & cum commodo alterius, in eodémque ſenſu expenditur à Ioanne Gutierrez *de gabel. quæſt.* 114. *num.* 22.
Nec eſt in iure nouum, * vt ex iuſta aliqua cauſa 64
pactum vel contractus ex vno tantum latere conſtet, præciſéque obſeruari debeat, ex alio non item, ſed eatenùs tantùm, quatenus is voluerit, cui lex proſpectum voluit, vt videre licet *ex l.* 1. *l. ſi id quod,* 7. *ff. de reſcindenda venditione, l. Iulianus* 13. *§. ſi quis colludente, §. ſed & ſi quis, & §. ſi quis à pupillo, ff. de actionibus empti*, cùm *vbiquè* notatis, maximè à Paulo Caſtrenſi *in d. §. ſi quis colludente, num.* 3. *ad finem*, optimè Pinello *in l.* 1. 3. *part. num.* 34. *ad finem, verſ.* Deinde ſequitur, *cum duobus numeris ſequentibus, C. de bonis maternis*, qua de re nonnihil olim dixi in tractatione methodica, *lege contractus, ff. de regulis iuris, cap.* 1. *numero* 3. dicamque latius, & clarius Deo dante, in ſecunda eiuſdem tractatus editione, quam facere poſt hæc ſcripta paro.

Diſſertatio XXX.

De venditore, rem tradente fide habita de pretio, an pro eo rem ipſam obligatam habeat? ita vt potior ſit in illa anterioribus emptoris creditoribus, anque in dubio fides de pretio cenſeatur habita, necne? & vice verſa de emptore pretium ſoluente ante factam ſibi rei emptæ traditionem.

SVMMARIA.

1 *Cenſus venditor, ſeu debitor, illo minus ſecuro conſtituto ob redemptionem ſibi factam alterius cenſus, ſuper quo ille impoſitus eſt, etiam abſque pacto videtur iure obnoxius ad pretium pro eo acceptum emptori reddendum, & quare?* cum 4. n. ſeqq.

¶ *Pactum, idem quod ius commune continens, tollendæ dubitationis gratia adiectum videtur,* ibid.

2 *Res vendita, & emptori tradita, iure gentium obligata eſt venditori pro pretio, quod ſibi ex ea debetur, & de quo fides habita eſt præ aliis creditoribus, ex ſententia aliquorum, qui hic referuntur.*

3 *Res vendita nondum emptori tradita, videtur ei obligata pro pretio à ſe venditori ſoluto, & quare?*

¶ *Correlatiuorum in vno diſpoſitum, & in alio diſpoſitum cenſeri debet*, ibid.

4 *Cenſum ſuper re aliqua impoſitum emens, rem ipſam emere, an videatur?* & in ſeq. diſſertat. latius.

5 *Pecunia ex cenſus redemptione redacta, loco cenſus redempti videtur ſucceſſiſſe.*